





BEROALDI
OPERA
INCUNABULI
E
6
23
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze









a = XVI sec (1521)
b = 16 1597
c = 16 1592
d = XVI sec (Sera Zenetti 83)

E 6 23

e = 16 1590
f = 16 1601
g = XVI sec (Sera Zenetti 437)
h = XVI sec (" " 85)

Philippi Beroaldi Opera.

Orationes Multifarię a Philippo Beroaldo
Editę recognitęq; cum Appendicula
Aliarum quoq; oratiũcula℞.

Poemata.

De felicitate Opusculum.

Declamatio Philosophi, Medici,
Oratoris de excellentia disceptantium.

De optimo statu & principe libellus.

Heptalogos siue septem sapientes.

Declamatio Ebriosi Scortatoris,
Aleatoris de uitiositate disceptantium.

Oratio prouerbialis.

Symbola Pythagoræ.

De Terręmotu & pestilentia,
Cum Annotamentis Galeni.



PHILIPPI BEROALDI BONONIENSIS ORATIONES:

Philippus Beroaldus Martino Boemo discipulo suo.

c Ollegi nuper oratiunculas nõnullas uariis a me tẽporibus & argumentis cõcinatas. easq; te ĩpulsore tradidi ĩpressoribus ĩprimendas: quæ fortassis tutius ĩtra chartaceã meã supellectilẽ delituissẽt sicuti prius situ puluereo obrutæ delitescebãt. Sed mos gerẽdus fuit tibi id a me petitionibus prope quotidianis efflagitãti: quẽ mei nominis amãtissimũ meęq; quãtulacũq; est eruditionis studiosissimum cognoui. Et sane tu unus in primis id facis qđ faciendũ doctissimi scriptores pręceperũt: Vt pręceptorẽ nõ minus q̃ ipa studia ames: eũq; ad patris uicẽ colas: qui & ipse animoꝝ parẽs merito nũcupari põt. Nã sicuti parentes filioꝝ corpora effigiant: Ita p̃ceptor discipuloꝝ mẽtes format. quæ res tãto p̃ciosior uideri solet quãto homo ĩterior homine est exterior p̃stãtior. Tu uero p̃ge quo cepisti mi Martine ĩter scholasticos Trãsmõtanos ꝓbatissime: & litteraꝝ studiis / ꝓut facis / uigilãter ĩcũbe. Enĩuero suauissimi tui mores / Ingenii specimẽ / Naturæ docilitas & auiditas inexhausta discẽdi spondẽt talẽ te futuꝝ: ut quãdocũq; ĩ patriã repedare destinaueris domuitionẽq; capesser. possis tecũ cũ cultu nitoreq; italicoꝝ genuino opulẽtiã quoq; litteraꝝ ĩ Boemiam reportare. Hic autẽ libellus ut opinor neq; tibi neq; tui similibus sordescet propter rerũ quas cõtinet non iniucundã uarietatẽ. Vale & dilige doctorẽ.

Oratio habita in enarratione Georgici carminis atq; Trãqlli: qua laus rei rusticæ cõtinetur. I.

P Rudẽtis litterarũ professoris officium est Viri prestãtissimi Verba rebus quas tractaturus est accõmodare & orationem illis applicare scriptoribus quos est enarraturus. Vt scilicet talis sit prima oratio qualis est rerum explicandarum futura materia. Et queadmodum ille ineptus dicitur esse precator qui aquã a libero uinum precatur a nymphis: ita præposterus ille uideri potest enarrator: qui in principio suarum enarrationum uagatur extra propositum. & dum amphoram facere debet urceum format. Nec immerito uetus ille uitupera tur orator qui cũ diserte diceret & uolubilitate uerborũ raperetur causam omnino non tangebat: unde prudens auditor & iudex bene inqt & bene. sed quorsum istud tuũ tam bene? Nos igit ne ab officio boni professoris discederemus ea hodierno die dicere instituimus quæ agricolationis Virgilio & historiæ scriptori Trãquillo sint accomodata. Quæ dum a nobis explicantur Vos omnis queso benigne attenteq; audiatis: Nec inuiti sexquihoram officio litteratorio impertiatis: Ea enim ut speramus audieris Quæ uoluptati uobis sit audiuisse/ Et utilitati meminisse. Vitæ hominũ tra ditæ sũt duę: Rustica & urbana. Quę queadmodum loco distinctæ sunt: ita tẽporis ĩteruallo separatæ. Lõ-



ge enim antiquior rustica est / Cũ rura diu ante urbes inuentas homines coluerit:& immenso annoꝝ numero agricolæ urbanis antecellunt. nec mirũ. Cũ diuina natura dederit agros ars humana edificauerit urbes/ Ipsam uero rusticã uitã eruditissimi bifariã diuiserunt uidelicet in pastoriciã & agriculturam. Alia enim sciẽtia coloni est. alia pastoris. neq; idẽ sunt pastio & agricolatio: Quæ ab exiguis ꝑfecta primordiis ad id dignitatis processit ut rustici urbanis preponerentur: Vt apud ueteres Romanos rusticę tribus laudatissimę iudicarentur: Vrbanæ uero ignominiosæ. Et apud antiquos gręcos illustrissimus qsq; pastor erat ex quo alios græco uocabulo polyarnas alios polymelas alios polyburas uocitarunt. a multitudine uidelicet agnoꝝ ouiũ ac boum. Romani cũ uirum bonũ laudabant eũ bonũ agricolam bonũq; colonũ appellitabãt. Amplissime enim laudari existimabatur qui ita laudabatur. In tãto deniq; honore tãtaq; estimatiõe apud priscos fuit rusticatio ut imꝑatores Romanos nõ puderet manibus Triumphalibus colere agros: Tractare semina Disponere arbusta:& eadẽ diligentia metiri arua qua castra & eadem cura exercere ligones & sarcula qua gladios & pila: Ipsi proceres urbis in agris morabantur. Et ut inquit elegiarum scriptor.

Centum illi in prato sepe senatus erat.

Et cũ cõsiliũ publicũ desiderabat᷑ a uillis accersebant᷑ in senatũ/ex quo uiatoribus nomẽ est íditũ/senatores

ducesq; in urbe accersentibus. Aranti Cicinato uiator attulit dictaturã. Serranũ inuenere serẽtem oblati honores. porcius Cato ille censorius & omniũ bonaꝝ artiũ magister agricolendi studiosissimus fuit & uillaticis uoluptatibus in primis oblectabat̃. Inter externos quoq; Abdolomino agrũ colẽti regimẽ Tyrioꝝ ultro traditũ ẽ & ultro oblata sunt regie maiestatis ĩsignia. Preterea nobilissimaꝝ familiaꝝ nõ aliũde cognomẽta sunt q̃ a rebus rusticanis. Nã Fabii. Lentuli. Cicerones a leguminibus quæ quisq; optime serebat cognominati sunt / Pisones a Pinsendo nuncupati. Multa quoq; noĩa hẽmus ueteꝝ Romanoꝝ partim a maiore partim a minore pecore deducta. Nam iunios bubulcos. Statilios tauros Pomponios uitulos cognomina uerũt. Et Porcii Catones: & Annii capre ĩde dicunt̃. Quinetiã Italiã nuncupationẽ traxisse a uitulis quos greci antiqui Italos uocabãt: Et Romanoꝝ populum a pastoribus esse ortũ nemo non nouit. huc adde ꝙ ex agricolis gignunt̃ milites strenuissimi: & optimi Tyrones ex robusta rusticorũ iuuentute deligebant̃. Firmiora etenim salubrioraq; sunt corpora eorũ qui sub dio artus roborãt forisq; uersant̃ q̃ qui in urbibus ĩtra consepta umbrosa desides cõcrant̃. Et hinc me hercules est ꝙ greci Romaniq; Tẽpla esculapio medicinæ deo extra urbes edificabant. Quia uidelicet credebãt fidelius cõstantiusq; illos ualituros / qui in agris q̃ qui in ciuitatibus habitarẽt hinc illa ueterũ Romanorum

mascula proles agrestibus operibus exercitata & sub-
dialibus durata laborib9 bellicos tumultus martiasq;
exercitatiões facile sustinuit & aduersus externos ho-
stes semper uictrix semper iuicta surexit. Eníuero tē-
pora illi ita partiebant̄ Vt nonis tantū diebus res urba
nas reuisitarent reliquis septē diebus res rusticas exer-
cerēt. Vnde & nundinaꝝ cōuentus cōstituti. Preterea
cum mercatoꝝ questus sit periculosus & calamitosus/
cum feneratorum inhonestus & dedecorosus/Cū opi
ficum sordidus & illiberalis: Sola est agricultura ex
qua questus stabilissimus honestissimusq; consequit̄
minimeq; inuidíosus: Quam Aristoteles in oecono-
mico potissimā secundū naturam possessionum esse
cōmemorat.in qua Catonis oraculum uitem questuo
sissimā iudicauit. Scropha uero pratís primatum bo-
nitatis dedit: a quo ātiqui prata parata nominauerūt.
Hinc locupletes appellati loci hoc est agri pleni. Et ip-
sa pecunia ipsumq; peculium a pecore nomen sortiun
tur/quod in rusticatione questuosissimum est. Quod
unū diuitiarū genus apud ueteres usurpabat̄. Extant
tamen auctores inclytissimi qui autumant pecuniam
a nota pecudis esse appellatam: qua signatus fuit ex
ære nūmus a Seruio Tullio rege Romanorum. The-
seū quoq; apud græcos memorie proditū est signasse
nūmum bouis nota/ut ita ad agricolationem atticos
prouocaret. Vnde hecatonboon quod est centū num-
morum:& decaboon quod est decem appellant ab eo

nummo / in quo effigies bouis erat insculpta. Quin etiam luculentissimi scriptores fortunatiorem beatioremq; rusticorum uitam q̃ urbicorum esse dixerunt. Et olim Delphicus Apollo Aglaum psophidium dixit esse felicissimum: Qui paruum quidem prediolum colebat sed annuis uictibus large sufficiens / Ex quo nunq̃ egressus ferebatur. Et Dioclicianus imperator imperio imperatoriaq; purpura depositis festinabundus se contulit ad Tranquillitatem rei rusticę quietissimam / Illicq; in ocio beatissimo cõsenuit. Et Atalus Rex omissa regni administratiõe hortos fodere cepit & gramina seminare. Vnde non minus uere q̃ eleganter scripsit Mantuanus Homerus.

O fortunatos nimium sua si bona norint
Agricolas. Quibus ipsa procul discordibus armis
Fundit humo uictum facilem iustissima tellus.

Idem secundum litteratam uitam qua nihil est excellentius nihilq; amabilius / Exoptat uitam rusticanam scribens facundissime.

Rura mihi & rigui placeant in uallibus amnes
Flumina amem siluasq; inglorius: Et ab Oratio decentissime dictum est.

Beatus ille qui procul negociis
Vt prisca gens mortalium
Paterna rura bobus exercet suis
Solutus omni fenore. Lucretius quoq; de uita rustica loquens ait

Tum loca tum ſermo tum dulces eſſe cachini Cõſuerãt. Agreſtis enim tum muſa uigebat. Et ab eo dem ocia agricolaꝝ dia hoc eſt generoſa nũcupantur. Merito igitur de agricultura / tã honorata tã laudata / tãq̃ frugifera nõ ſolũ priuati ſcriptores precepta tradiderunt / Verum etiã reges opæ pretiũ ſe facturos exiſtimarũt ſi de re ruſtica libros cõdidiſſent. Nec talẽ ſcriptitandi ꝓuinciã maieſtati regiæ indecorã eſſe crediderunt. Siqdẽ Hiero. Attalus philometor: Et Archelaus Reges. Xenophon & Mago duces de ruſticis rebus diligẽtiſſime ꝑſcripſerunt. Cõplures uero minori fortuna. nõ minori cura apud gręcos negotiũ iſtud ſcriptis ꝓdiderũt. Apud latinos aũt / M. Cato. q dictus ẽ optimus Orator. optimus Senator. optimus Impator Agricolationẽ Ciuitate Romana donauit. & eã loqui latine primus inſtituit. Cuius liber extat eruditiſſime cõſcriptus & ꝓpter uetuſtatẽ adorãdus. poſt hũc duo Saſernæ pater & filius. deinde Tremellius ſcropha. Cor. Celſus Iulius atticus. Iulius grecinus Iulius hyginus. & gargilius Martialis hãc materiã ꝓſequti ſũt. Quoꝝ uolumina Calamitatę tẽpoꝝ & ĩcuria mortaliũ deperdita deſyderãtur. Ex his uero q legũtur Terẽtius Varro rem ruſticam expoliuit. Plinius cõpoſitiſſima breuitate uenuſtauit. Paladius decẽtiſſimo ordine diſtinxit. Columella aũt tãq̃ ruſticationis parens eam diligentius erudiuit: & totũ diſciplinæ corpus luculentis uoluminibus cõplexus eſt. Sed nos maxime om-

nium Virgilium Maronem Veneremur. Qui quasi canon fuit posterioribus scriptoribus agriculturæ p̄ce pta petētibus ab eo uelut a lege quadā. Quo uno Co lumella p̄cipue est usus archetypo: qui Carmine rem rusticam fecit eloquētem. Eāq; unus omniū maxime illustrauit. qui tāto maior est hesiodo ascreo ĩ hoc scri bendi genere apud gręcos prestantissimo: quāto Mā tua maior est ascra. Laudationibus Maronis ĩ presen tia supersedebimus: cū illius tāta sit gloria ut nullius laude crescat. nullius uituperatiōe minuat̃. Hoc unū obiter dixisse contenti simus Virgilium tantum in ter latinos poetas omnes excellere quātum ĩter mino res stellas luna splēdescit. Cui nō fauor principum no men conciliauit. Sed ingeniū diuinum eximiæq; uir tutes fauorem principum & populi comparauerunt. Qui hoc solus assecutus est. ut appellatiōe poetæ Vir gilius apud latinos intelligatur. Sicuti apud græcos Homerus sicut nūcupatione urbis Roma significat̃. Est enim poeta haud dubie incomparabilis & quē ce teri omnes longo ĩteruallo subsequantur. ut uerissime scripsit Quintilianus: & olim populus romanus audi tis ĩ theatro Virgilii uersibus surrexit uniuersus. & pre sentem spectantēq; poetam tanq̃ alterum augustum est ueneratus. Hic est ille quem oēs scriptores certatim extollunt. De quo Alcinus poeta sic scribit.

De numero uatum siquis seponat homerum
Longe erit a primo quisq; secundus erit.

Et si post primum Maro seponatur homerum
Longe erit a primo quisq; secundus erit.

Hũc etiã duo ĩ lĩgua uernacula excellẽtissimi poetæ/ Frãciscus Petrarcha. & Dãtes florẽtinus summis laudibus decorarũt. Cõsensus eruditorꝝ est nullũ latinorꝝ poetarꝝ. P. Virgilio esse comparãdũ nedum æquiparandum. Qui a Lactancio nostrorꝝ primus. a Seneca Vates Maximus. ab Augustino poetarũ omniũ preclarissimus & optimus appellatur: Quem Alexander Romanus imperator Platonẽ poetarꝝ nuncupabat. Enarrabimus itaq; consultissimum rei rusticæ illustratorẽ. Et diis bene iuuantibus Virgiliana georgica auspicabimur. In quibus tam emunctus tam eloquẽs tã eruditus est: tam deniq; absolutus consumatusq;/ Vt nõ pauci ingenio doctrinaq; prestãtes. Georgicũ Maronis carmen Eneidi illi diuinæ anteponere nõ uereãtur. Ego uero ut hoc diiudicare nõ ausim. ita illđ affirmare non dubitem ĩ georgicis Maronianis tantã esse rerum uerborũq; copiam: tantam multiformis doctrinę cognitionẽ: quãtã in paucissimis scriptoribus nouisse meminerim. Enarratio huius poematis complecretur enarrationẽ Columellæ. Catonis. Varrõis. atq; Palladii. multa quoq; plinianę eruditionis cũ Virgiliano carmine enodabimus: quę prophanum uulgus ignorat. Eidem etiã lectioni multa iurisconsultorꝝ accõmodabimus. apud quos tituli sunt rerũ rusticarꝝ ut de fundo ĩstructo. de seruitutibus prediorꝝ: finium re-

gendorum: de aqua quotidiana & estiua: de fonte, de riuis: & multa id genus. inter legendũ obseruabimus. q̃ curiosi lectores georgicoꝝ fuerit diuus Augustinus diuusq; Hierony. qui sepiuscule istius poematis citãt testimoniũ. & in primis Hieronymus ĩ epistola ad rusticũ monachũ Versus illos decenter usurpat: Ecce supercilio cliuosi tramitis undam elicit: quoꝝ pulcherrimorum uersuũ Spectatores esse admonemur in decretis. Di. nouissima de cõsecratione. Lectioni maronianæ copulata erit lectio Suetonii Tranquilli scriptoris candidissimi, Cui consensu eruditoꝝ dat̃ palma in uitis imꝑatoꝝ scriptitandis. Et quẽadmodũ Virgilium rei rusticæ scriptores exẽplar habẽt: Ita Suetoniũ tãq̃ ducem posteri sequti sunt ĩ hoc genere scribendi. Vnde Iulius capitolinus ꝓfitet̃ se illo modo & ordine scribere uelle de imꝑatoribus quo Suetonius Trãquillus scriptitauit. Et diuus Hieronymus scriptoꝝ ecclesiasticoꝝ Catalogũ texens ducem seqtur Tranquillum. & eius uolumen de grammaticis & rhetoribus uenustissime conscriptũ habet Archetypon. Idem a Flauio uopisco scriptor emendatissimus & candidissimus appellat̃. cui dicit familiare fuisse amare breuitatẽ. Erit opꝫpreciũ ĩ Trãquillo tãq̃ ĩ lucidissimo speculo contemplari q mores quæ studia fuerit uiroꝝ maximoꝝ: Quoꝝ cognita uita sentẽtiã illam Platonis uerissimã esse cõprobabit. preclara ĩgenia, Quẽadmodũ uirtutes maximas ita uitia quoq; maxima ꝓducere solere.

& qđ nos q̃rimur id maiores nostros q̃stos esse: uideli
cet illo prisco sęculo euersos fuisse bonos mores: re-
gnasse neq̃tiã. & ex ĩpatorib9 plures extitisse flagiciis
maculosos q̃ uirtutibus decoratos. omnis historyę iu
cunda cognitio est & ferme oẽs historici fauorabiles:
sed tãto fauorabiliores illi cẽsendi sunt: quãto dignio
ribus sunt accõmodati. pricipibus aũt accõmodatissi
mi sunt libri de uita & moribus pricipũ cõcinati Qua
lis est Suetonius. Vnde capiãt exempla quæ imitent᷑:
Et quę Vitãda sunt. Vitare cõdiscãt. Hinc est ꝙ De-
metrius phalereus Prolomeũ regẽ monere solebat ut
libros de impio regnoq; cõpositos lectitaret. in illis. n.
scripta documenta cõtineri: quæ amici monere nõ au
deãt. Et Scipio Africanus laudatur ꝙ pædiam Cyri a
Xenophonte elegãter magis q̃ fideliter scriptam nũq̃
dimittebat e manibus. Quã Cicero cũ impator esset
totã legẽdo cõtriuit. hoc duces/hoc pricipes maxime
decet. hoc a Sũmatibus uiris fieri debet ĩ legẽdo Trã-
quillo/quod Africanus quod Cicero in Xenophonte
factitarũt. Nos uero faciamus id quod Cypriãus qui
absq; Tertulliani lectione nullam diem preterire per-
misit qui Crebro dicere solebat. Da magistrum uide-
licet Tertulianum significãs. Nullũ nos quoq; diem
sine Tranquilli lectione pretereamus/Et sicut Arche-
silas anteq̃ iret dormitum & mane cum surgeret ibat
ad Homerum lectitandum dicens se pergere ad Ama
sium: ita nos & matutino & uespertino tempore ad

Tranquilli lectionem perinde ac dulcis Amasii acce-
damus. & in eo ueterum impatorum uitā mores gesta
cōtemplemur: ne pueri semp esse iudicemur. Nāq; ne
scire quid āte quam natus sis acciderit id est semp esse
puerum. Erit medius fidius Tranquilli lectio plena
iucunditatis: plenaq; eruditionis: sed eruditionis neq;
ꝑtritæ neq; triuialis ī qua hoīes alioquī eruditi hallu-
cinant̄. Quæ recōdita ē & clausa ī litteraꝝ īteriore sa-
crario. In cuius uestibulo herent hoīes male litterati.
Sed quid ego tam multa de Virgilio Trāquilloq; cō-
memoro? quorum eruditio eruditissima: & facūdia fa
cundissima per se patet & manifestaria est. Ego uero
omni studio omniq; diligētia elaborabo & omnibus
uiribus neruisq; cōtendam Implicita explicare nodo-
sa enodare. & abstrusa recludere. In summa pro uirili
parte cōnitar: ut nulli auditorum enarrationes nostræ
sint futuræ īfructuosæ: ut nullus gymnasii nostri cul-
tor assiduus merito dicere possit se operam & impen-
sam sub magistro penitendo perdidisse. Sed iam tem
pus est canere receptui. Et uela orationis meditatæ cō
plicare: Vt deinceps extēporalis eloquutio oram sol-
uat. & per æquor patentissimum minime conctabun-
da discurrat. Cuius merces incōpositæ nō minus fu-
turæ sint frugiferæ atq; iucundæ: q̄ orationis compo-
sitissimæ fuerunt. Vos queso ut quēadmodum iam
quæ diximus attente audiuistis: Ita quæ dicturi su-
mus attente audire uelitis. Dixi.

Oratio habita in principio enarrationis Propertii continens laudes Amoris .II.

s Ocrates ille fons philosophoꝝ Viri clarissimi: Cuius luculẽtis dissertatiõibus libri Platõis sunt refertissimi: quadã olim oratione amorem uituperaturus ob uerecundiam pallio caput opperuit. Idẽ mox eiusdẽ laudationẽ per palinodiam hoc est contrarium cãtum celebraturus id apto atq; reuelato capite factiuauit. Nos quoq; impresentiaꝝ Amorẽ laudaturi socratis exẽplo nõ obuoluto capite dicemus sed aperto nõ pudibũdi tergiuersantesue: Sed sequestrato pudore alacres deũ illũ laudabimus: q unus & maxime laudãdus est: & maxime laudabilis. poetasq; amasios atq; poesim amatoriã docebimus etiã grauissimis professoribus conuenire/dignaq; esse id genus poemata / Quæ ĩ gymnasio litteratorio publica ꝑfessione palã explicẽtur. Nouissimo loco porabimus ea adhibita peroratione Quæ neq; auribus uestris iniucũda neq; mẽtibus ĩfructuosa futura sit. Quæ singula dũ a nobis summatim pertractãtur/ Vos queso me sicuti facere cõsueuistis benigne attẽteq; audiatis. Magnus deus ẽ Amor & apud deos homĩesq; mirãdus ut philosophoꝝ sapiẽtissimi dixerunt. & ob originẽ antiqssimã in primis honorãdus. siqdẽ hesiod9 cecinit post illđ primordiale chaos repẽte terrã atq; amorem simul extitisse. & ut inqt elegãter parmenides Ante deos omnes primũ generauit

amorē. Vnde ab Orpheo Quē diuus Auguſtinus inter theologos priſcos ānumerat cognomīatus eſt phanes/ab eo ꝙ ex chao primus apparuit. plures Amores ſicuti ueneres fabuloſa fixit antiqtas. Quos luculentī ſcriptores poſteritati cōmēdarūt. Nos uero omiſſis reliqs Amorē illū celebremus. q a platone diuinitus memorat᷑. Qui uirtutes amatorib9 ſuis cōciliat. Qui nos diis amicos facit. Nos a platōica diſciplina ne digito qdē. ut dicit᷑ trāſuerſo recedētes laudemus amorē ꝑut laudari meret᷑/ dicamuſqꝫ eū eē celeſtē. bn̄ficū. pacificū. pulcherimū. q mortalib9 maximoꝝ bonoꝝ cauſa ē q pacē largit᷑ hoībus. Qui uētis requiē. q mari trāqllītatē/q elemēta ſocietate cōglutinat. q cūctos familiaritate cōciliat. beniuolētię largitor. maliuolētię exterminator. Et queādmodū cōiūgi una pōt amaritudo cū dulcedie. caligo cū lumie. pluuia cū ſerenitate. pugna cū pace. cū fecūditate ſterilitas. cū trāqllitate tēpeſtas. ita cū amore odiū. Inuidia. liuor. maliuolētia copulari nō poſſūt. & queādmodū radius a ſole. calor ab igne. rigor a glacie. cādor a niue neqūt ſepari. ita ab amore diuelli non poſſunt/beniuolētia Societas. neceſſitudo. cōcordia. hic ē. n. amabiliſſimus amiciciæ nodus princepſqꝫ ad beniuolētiā cōglutinādā/ūn ab amorē amiciciā nūcupatā eē ſapiētes tradiderūt. Quod eſt ī nauigio gubernator. quod ī ciuitate magiſtratus. quod in mūdo ſol. hoc īter mortales eſt amor. Nauigium ſine gubernatore labaſcit. ciuitas ſine magiſtratu pericli-

tat̃: mũdus ſine ſole tenebricoſus efficit̃. & mortaliũ uita ſine amore uitalis nõ eſt. Tolle ex hoĩbus amorẽ/ ſolẽ e mũdo ſuſtuliſſe uideberis: huc adde ꝙ hic deus a nobis oẽm rusticitatẽ amolit̃. oĩs elegãtię omniũq; mundiciarũ pater eſt. Vnde uenuſte Plautinus ſenex Amorẽ deũ appellat mũditiãtem. eũq; nitidis nitoribus ait ãtecellere. Da mihi hominẽ effeꝝ atq; truculẽtũ. hunc amor eueſtigio mollẽ reddet & mãſuetũ. Da rudẽ & ruſticanum. ſtatim ab amore fiet ĩgenioſus & urbanus. Da ĩcultũ. ab amore cultiſſimus efficiet̃. Deniq; torpor oĩs/ſegnicies oĩs/ſomnus lethargicus. marcor. ſqualor: ĩcuria ex amoris contubernio eliminant̃. in quo induſtria. nauitas. uigilantia. ſolertia. cultus/nitor cõmorant̃. Atqui Amoris accuſator quid tãtope inqt hunc deũ laudas & extollis? Qui multos mortaliũ demẽtes fecit. qui multos a ſemita uirtutũ in uiam uitioꝝ decliuem precipitauit. Qui multis exitiũ cõcinauit. huic ego tam ſeuero obiurgatori: tamq; aſpero amoris criminatori ita breuiſſime reſpondeo. Non eſt iſta amoris culpa ſed hominũ qui amare neſciuerunt. Sicut. n. eſt quidam modus ĩ rebus: ſunt qdam preſcripti fines: quos ultra ꝓgredi nephas eſt: ita in amore eſt quedã mediocritas adhibẽda. Philoſophorum ſentẽtia eſt moderatas eſſe Virtutes: excedentes modũ atq; menſurã inter uitia reputari. Vnde ab uno de Septem Sapientibus dictũ eſt. μηδεν αγαν qđ latine ſignificat ne quid nimis. cui aſtipulat̃ oratiana illa ſenten-

tiā. Virtus est medium uitiorum & utriq; redactum. hic modus hæc mēsura hoc tem pamētum: quod uir tutibus adhibet̃: ĩ amore quoq; adhibeat̃ / & ꝓcul erit oīs de amore conquestio. Nā ut inquit eleganter & ue re Plautinus seruus. Bonum est pauxillum amare sa ne. Insane nō bonum est. Quid nō ne hoc idem prę cepit diuini dogmatis doctor Apostolus pręcipiēs in nobis ordinatam esse debere caritatem? Que in mul tis ut inquit Origenes inordinata cōspicitur. Vocabu lo autē caritatis Amorem in canonicis scripturis appel lari Hieronymus Augustinusq; notificāt. Preterea nō laudes canimus Amoris illius uulgaris atq; coīs: q pe cuinis belluinisq; libidinibus dominat̃. Sed illius p̃ cones existimus qui cœlestis est: quem gręci Erota ap pellitant: a quo existimat Plato ĩ Cratyllo heroum no men deriuari: q̃uis Augustinus & Marciāus etymon hoc est ĩterpretamentū nominis heroum aliu nde de ducāt. Et cū nihil aliud sit Amor sicuti doctissimi phi losophorum diffinierunt q̃ fruendę pulchritudinis de siderū: illum nos Amorem laudamus celebramus ex tollimus: qui pulcherrimus est: qui ex pulchrorum de siderio natus / pulcherrima plura mortalibus cunctis imptit. Nō ne artes / ut reliqua omittamus / ab hoc qua si quodam fonte fluxerunt? Nonne hic omniū inuen tionum auctor est & ꝓpagator? medendi nanq; & di uinandi & sagittas ab arcu excutiendi disciplinā Amo re duce inuenit Apollo. Texendi artificium Minerua.

fabricā ęrariam Vulcanus. mensuras & pondera Phe-
don: litteras Mercurius: leges Ceres: quę ob hoc a gręcis Thesmophora idest legifera noīat᷑. Deniq; oēs / q ut inqt Maro p artes īuētas uitā excoluerūt / Amore impulsore atq; auctore cōmēti sunt nouas īuētiones. Nō. n. talia īuenissent / nisi talia adamassent. Omitto quod p amoris beneficiū aīalia cūcta progenerant᷑ in terris. Nō ne ea quæ inaīata dicunt᷑ amare quodāmō existimātur: hinc Magnes Ferrū trahit / Succinū / Paleas. Cecias nubes. & ut īquit Empedocles. Arida terra amat imbres. Et nemo non / ut īquit Hieronymus / aliqd amat. Deniq; Amore cōstant oīa / augescūt / florescunt / propagant᷑. Et ut auctor est Aristoteles ī ethicis: Id cuiq; uoluptati est: cuius dicit᷑ Amator. & iucūdissimū ē re amata potiri. Igit᷑ Amorē colamus / Amorē meritis præconiis extollamus: a cuius sacrario procul abscedat prophanū uulgus hoc est homines iuidi atq; maliuoli. Sicut. n. non cōuenit mendacio laudare ueritatē: pauori fortitudinē / Vitio uirtutē: ita maleuolo Amoris cultura nō cōuenit. Quin potius q maleuolus est / is colat atq; sectet᷑ Deū Amori cōtrarium: quē prisci Anterota quasi cōtra Erota hoc est contra Amorē e regiōe collocatū nūcupauerūt. Cęteę cū ille q Deū colit / amet & sacerdotes: Nos q Amoris cultores eē uolumus: diligamus illius sacerdotes: q pfecto sūt Poetę Amasii atq; Elegiographi: quoę lepidiora poemata nō sūt aspnāda: neq; p argumēto īpudicitię sunt habenda: & q̄uis uetus uerbum sit: talem esse ho-

minũ uitã qualis sit oratio/nñ Poetis ludere uersiculis amatoriis/& lasciuire pmittit. Nã ut iqt Catullus.

Castum esse decet pium Poetam
Ipsum:uersiculos nihil necesse est.
Qui tum deniq; habent salem/& leporem
Si sunt molliculi/ac parum pudici.

Quod aũt amatoria scripta nullũ prebeãt specimen moꝝ/nullũq; sint uitę turpis idiciũ testat Adrianus Impator:q Voconi Poetæ tumulũ uersibus exornãs ita scripsit.

Lasciuus uersu mente pudicus eras.

& ab Ouidio decenter & uere dictum est.

Crede mihi/mores distant a carmine nostro:
Vita uerecũda ẽ:Musa iocosa mihi.

Ouidio subscribit festiuissim9 Poeta Epigrãmatari9 đ se ipso sic scribẽs.

Lasciua est nobis pagina/Vita proba est.

Quid aũt Poetaꝝ exẽpla cõmemoro? cũ seuerissimi sanctissimiq; Philosophoꝝ ludicros amatoriosq; uersiculos cõscripserit:q tãto sãctiores existimãt/q̃to aptiores. tãto pudicitius cõpositi:q̃to simplicius ꝓmulgati Dẽiq; audite uel unicũ dei philosophꝝ Platõis exẽplum:qui uersiculis huiusmodi amores suos nõ erubuit profiteri/latine ita possumus interp̄rari.

Suauia dans Agathoni Animam ipse ĩ labra tenebã.
Aegra &.n.properans/tanq̃ abitura fuit.

Ex his ne queso uersiculis parum pudicis Platonem impudicum existimabimus?Platonisq; mores infamabimus? qui tantum abfuit ab impudicitia:quan-

tum uersiculi a pudicitia. Cuius uita tanto probatior fuit/quanto musa lasciuior. Ne longũ faciam: Si scripta omnia: quibus amores resq; amatoriȩ continẽtur/ sunt cum suis scriptoribus repudianda: Repudientur canonicæ scripturæ hoc est ĩstrumenti ueteris luculenta illa uolumina: q̃bus nihil sacratius/nihil religiosius nihil mysticũ magis existimatur. liber Geneseos abiiciatur: quoniã in eo amores Iacob & Rachaelis: Concubitus Sichen cũ Dina uiolẽtus: stuprũ Iudȩ cũ nuru Thamar referũtur. nemo librũ numerorum summat in manibus: quoniam Israelitici populi fornicationes cum filiabus Moabitarum ĩ eo perscribũtur. Caue legas Iudicum uolumen: Cõtinet enim Sansonis robustissimi mollissimos cum puella Dalida complexus. librũ Hester ne tangito: docebit enim te quemadmodum Assuerus Rex amorẽ amore sicuti clauum clauo trudere conatur. & ad impatiẽtiam amoris leniendam per singulas pene noctes nouas puellas deuirginat efficiens ex uirginibus mulieres. libros Regũ tã̃q nephãdos explodito. q̃bus Dauidis & Bersabes adulteria: eiusdem senescentis cũ adolescentula Sunamite complexus: Ammonis cum sorore Thamar incestus ĩfandus: Solomonis cũ Reginis cõcubinisq; ĩnumerabilibus fatuȩ amationes cõmemorãtur. Et ut semel finiam. ipsum Canticum Canticorum tã̃q sireneos cantus obturata aure transito/cum meros amores meraq; ĩpudicitiã nisi mystice intelligamus resonare uideatur.

Ideoq; apud hebreos obseruabatur: ne quis adolescen tulus libellũ illũ teneret ĩ manibus. neq́s puer illius le ctione oblectaret̃. Igit̃ cũ sacris uoluminibus amato- rias res cõtineri: eaq; nõ magis a pphanis q̃ religiosis hominibus quotidie legi/quotidie ĩ tẽplis nõ clã / sed palã decãtari uideamus: Tãdẽ fateamur licere poema ta lasciuiẽtia scribi: & scripta lectitari citra oẽm crimi- nationẽ. Et nos nemine ut spamus ĩprobãte enarrabi- mus Amasii poetæ Propetii amatoriũ uenustũq; poe- ma. Quo nihil ĩ hoc genere existimo fieri posse perfe- ctius/de cuius eruditiõe excellẽti elegãtissimoq; splen dore ĩ p̃sentia tacebimus: cũ iã receptui canẽdũ sit: & qa multa scitu digna a nobis pscripta sũt ĩ nostris cõ- mẽtariis. quoꝝ lectio studiosis erit/ut cõfidimus/ fru- gifera/& a nemine nõ bono ĩgenuoq; lectore pbabũt̃ Cũ Propetio pariter pgrediet̃ dimidiatus Suetõius: ut luculẽtissimo scriptori extremã manũ ĩponamns. ad cuius lectionẽ/ne illotis ut aiũt pedibꝰ accedamꝰ: mo re nr̃o Isagogica q̃dã hoc ẽ ĩtroductoria p̃mittemus. Quę usui uobis sit audiuisse/& uoluptati meminisse. Vos ut facitis libẽter audite: atq; aĩuꝫ aduertite. Dixi.

Oratio habita in enarratione Titi Liuii ac Silii Italici cõtinẽs Historię laudationẽ. Or̃o. III.

O Fficium est boni professoris Viri pręstãtissi- mi id uelle profiteri: quod auditoribus utili- tatem cum uoluptate maxima allaturum sit: quod scholasticoꝝ auribus satisfacturꝝ: qđ tẽporibus

ſit futurum accõmodatum. hoc ego ſemper omni ſtu dio ac diligẽtia ſupioribus annis efficere contendi: & impręſentiarꝝ effectuꝝ me eẽ cõfido: Cũ duos celeberrimi nominis ſcriptores ex omnibus delegerim: quos in hoc auguſtiſſimo gymnaſio ꝓfiterer: quorꝝ lectio & prodeſſe & delectare plurimũ poſſit: atqꝫ his tempo ribus ſit futura maxime cõueniens: Nam cũ omniũ diſciplinarꝝ cognitio utilis ac iucunda mortalibus ſit: hiſtorię cognitionẽ Mediuſfidius utiliſſimã iucũdiſſimãqꝫ eſſe cẽſeo / ex quo cũ multũ omnibus ſcriptori bus debeamus: qui non ſolum ſibi: ſed etiã poſteris ui xiſſe credũtur / plurimũ profecto hiſtoricis debere nos nõ poſſumus ĩficiari: quorꝝ labore ac induſtria effectũ eſt: ut omniũ ętatum: omniũ gentiũ: omniũ populorꝝ res geſtæ: omnia pręclara facinora ſcirentur a nobis / in telligerentur / cognoſcerentur. Vt cuncta cunctorꝝ illu ſtriſſimorꝝ uirorꝝ dicta factaue memoratu digna contueri ediſcere recordari liceret. qua quidẽ re nihil pulchrius / nihil iucundius / nihil magnificentius excogitari poſſe cõtenderim. Etenim ut a Cicerone ſcriptũ eſt diuinitus / nihil earum rerũ ſcire quæ antequam naſcereris factæ ſint / hoc eſt ſemper eſſe puerꝝ. Cognoſcere uero res geſtas memoriæ ueteris: ordinem tenere anti quitatis: exemplorꝝqꝫ omniũ habere notitiã decorum laudabile ac prope diuinum eſt. Senibus ideo maior auctoritas eſt: quoniam ob longam ætatem plurimas res noſſe ac uidiſſe credũtur. at hoc iuuenibus cogni-

tio Historiarum praestat / ut etiã praeteritis seculis uixisse uideãtur. & illi mehercle adolescentes / qui Historias habeant ad manum / & exempla Illustriũ uirorum in promptu: tanto senibus sunt anteponẽdi: quanto plura negocia complectitur Historia multorum seculorum / q̃ faciat hominis uita longissima. huc adde / quod qui bonus orator esse concupiscit: in primis abundare debet exemplorum copia / & nosse q̃ plurima. Nam cũ sit Historia testis temporum / lux ueritatis / magistra uitae / nuntia uetustatis / nihil ambigitur / quin Orator optimus esse non possit: nisi fuerit antiquitatis / exemplorumq; cognitione instructissimus: nisi historias perinde ac ungues suos habuerit exploratissimas: quoniam ut ĩquit Quintilianus: Historia alere potest orationem molli quodam ac iucundo succo. Est praeterea operaeprecium in uoluminibus Historicorum oĩs exempli documenta uelut in illustri monumento posita intueri / unde quae imitãda sint / depromere ac nobis proponere ad imitandũ / quae fugiẽda / fugere possimus. pulchrum est / ut inquit uerissime Diodorus: ex aliorum erratis ĩ melius instituere uitam nostram: & quid appetendum fugiendumue sit: ex aliorum exemplis posse cognoscere. Vnde haud immerito Demetrius Phalereus Ptolomeum Regem subinde admonebat ut libros lectitaret / quoniam quae amici non audent principibus demonstrare: ea omnia in libris scripta reperiuntur. Hoc est in cognitione rerum

salubre/atq; frugiferũ: scire quibus artibus/qua disci-
plina/qbus moribus maxima iperia orta sint: Maxi-
mi Imperatores nomen sibi immortale pepererint. Et
econtrario qua uitiorum labe infecta amplissima re-
gna corruerit:& ex summo i imum præcipitauerit. ad
summã Historia ad id/quod honestũ est / capessendũ
iflãmat/Detestatur uitia probos extollens/improbos
deprimens. Historiæ ut iquit uerissime Victruuius/p
se tenent lectores : cum habeant nouarum rerũ uarias
expectatiões. Vtinam nobis Deus eã ingenii memo
riæq; diuinã uim cõdonasset:qua Porcius Latro de-
clamator egregius fuerat decoratus/qui cũ oẽs Histo-
rias unus omniũ notissimas haberet:iubebat aliquem
ducem nominari/& euestigio eius omnia acta cursim
diligenterq; cõmemorabat. Cęterũ cũ omnes Histo-
rici sint legendi adeundi ediscendi : scriptores potissi-
mũ latini rerũq; italicarũ ac maxime romanarũ enarra
tores/sicut mihi uidet̃/sunt adorãdi colendi lectitãdi:
nec unquã e manibus dimittendi:idq; duabus potissi
mũ de causis faciendũ uidet̃/quoniã & rerum nostra-
tium cognitio magis ad nos q̃ externarũ ptinere exi-
stimatur:& quod Historici latini sanctiores ueriores q;
gręcis scriptoribus fuisse creduntur/pugnant enim in
ter se oẽs fere græcorũ scriptores:& alter alterius mẽda
cia refellere conatur. ita Ephorus Hellanicũ/Timeus
Ephorũ Philinũ Polybius / Herodotũ q̃ plurimi tãq̃
fabulatorem reprehẽdunt. hinc a Satyrico poeta dictũ

esse credimus. Quicquid græcia mendax Audet in historia. Dissidii autẽ atq; discordiæ illoꝝ causa hęc potissimũ fuisse traditur: quod nullã unquã curã gręciæ populi adhibuerũt: ut præclara facinora scriberẽtur/ ac publicarentur: ideoq; magna in scriptoribus mentiendi licentia fuit: q cum partim res gestas ignorarẽt/ partim affectionibus ducerentur/ non Historiam conscripserunt/ sed mera mẽdacia. Cõtra apud Romanos: ut omnia pro ut gesta fuerunt: incorrupta integra atq; fideliter conscripta haberentur: Pontifices maximi res oẽs singuloꝝ annoꝝ litteris mandabant: efferebantq; in album tabula domi proposita/ ut eẽt populo potestas cũcta cognoscẽdi: & hi ãnales maximi nominabantur. Hanc autẽ similitudinẽ scribendi secuti sunt Piso: Fabius Pictor/ & ille Cato Portius oĩum bonaꝝ artiũ magister a Plinio nũcupatus: qui sine ullis ornamentis/ sine pigmentorũ coloribus sine fucato nitore monumenta rerũ gestarũ reliquerunt nuda recta atq; simplicia/ primã illã imprimis obseruãtes Historię legẽ: quę pręcipit/ ne qd falsi dicat̃. &c. n. dẽpta ex Historia ueritate: ita narratio oĩs ĩutilis/ ac penitus mãca efficitur/ sicut corpus animãtis ĩutile fit oculis effossis. ut luculente scriptũ est a Polybio. Deĩde cũ ingenia erudito iam seculo in dies magis excolerentur/ & facũdia uberior politiorq; proflueret/ eloquẽtissimi apud Romanos ad scribẽdũ Historiã sese applicauerũt: qui nõ ut superiores tantũmodo narratores fuere: Sed etiam

exornatores/ atq; illustratores maximi extiterunt/ qui ut pote diuino īgenio præstātes uiri Historiā affectionibus omnibus/ casuum uarietate mirabili/ egressiōibus iucundis resperserunt: & quibusdā flosculis quasi pratum distinctam uariegatāq; decorarunt: qui cum omnes sint excellentissimi: Cum omniū lectio iucūdissima ac utilissima futura sit/ cū omnes haud dubie suspiciendos ac lectitādos esse censeam: Titus Liuius imprimis enarratiōe dignissimus mihi uisus est: & iucunditatis utilitatisq; inter alios refertissimus: Cuius lectio omniū scholasticoꝝ auribus animisq; satisfactura sit. est. n. dulcis candidus & effusus: & eo nullus Historicoꝝ melius cōmendauit mitiores affectus/ apud quē oīa cū rebus/ tum psonis sunt accōmodatissima. qui ī narrādo miræ est iucunditatis/ clarissimiq; cādoris: qui ut uerissime dixit Quītilianus/ in cōtionibus supra quā narrari potest: est eloquētissimus: Cuius lactea ubertas lectorē detinet/ auocat/ pascit/ omnibusq; affectionibus ualidissime cōmouet: & quo uult maxime impellit: cuius diuinę facundiæ nihil addi potest/ cuius orātioni/ si quid demas: ex elegātia detraxeris/ quēadmodum de Platonis oratione Phauorinus dicere solebat. Idem grādiloqus est/ & sententiaꝝ grauitate & maiestate uerborum. idē copiosissimus nec tamen longus. Nam ut inquit egregie Martialis.

Nō sunt longa quibus nihil est quod demere possis.

Non igitur immerito Diuus Hieronymus testatur

quosdam ex ultimis Hispaniæ Galliarumq; finibus uiros illustres Romam uenisse / uel ob hoc solum ut Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem conuererent: qui ut Plinius in epistolis inquit: posteaq̃ hominē uidere / statim ī patriam repedarunt. O te fœlicem o te beatum Tite Liui / Cuius unius uidēdi causa uiri nobiles tot milia passuum cōfecerunt ex penitissimis regionibus proficiscentes. tot mōtes incultos tot inuia loca superarunt. illa profecto illa diuina uirtus est existimanda / quę in uno homine tantū polluit tantū effulsit / ut ad eū uisendū tanquā ingens celebrādūq; miraculū Galli Hispaniq; sollicitarētur. merito Quītilianus Liuiū īter cæteros scriptores legendū eē præcipit ī scholis. Quoniā scilicet candissimus est & maximus auctor historię / Merito & nos Liuiū ex omnib9 unū delegisse uidemur: quē publice hoc anno ꝓfiteremur / Cuius libri oēs cū lectitādi sint / & in manibus quottidie habēdi / Nō ne hęc Decas Liuiana / quā diis bene auspicātibus ordimur enarrare / Reliq̄s Decadibus est anteponēda? nō ne hæc in primis uolumina a Liuio diuinitus scripta fuisse cēsendum est? Et hæc ꝓfecto Decas / hoc.n.nomine Liuiani libri a numero denario nūcupantur / quāto bella / quę cōtinet / cæteris. bellis maiora fuerūt / tāto reliquas decadas antecellit Laudat Origenē Adamātiū Hieronymus; q̄d cū ī cæteris uoluminibus omnes superauerit / in Cātico Canticorum ipse se uicerit. Laudatur a Cicerone Crassus

Orator/quem cum in agendis causis cõsensu omniũ cũctos semper exuperauerit: ĩ extrema actiõe a semet-ipso superatũ esse testat᷑. Praxiteles inter statuarios a Plinio celebrat᷑: perĩde ac marmoris gloria superauerit ẽt semet. hoc idẽ & nos hodierno die de Liuio merito dicere possumus: ꝙ cũ ĩ cęteris decadibus cęteros antecelluerit: ĩ hac semetipsum uicit/& mehercules ut dicã Viri clarissimi/quod sentio: eodẽ aĩo Liuius bella scriptitauit. quo Romani gesserũt: eodẽ ĩgenii fulmĩe stilũ exercuit: quo Ro. populus arma tractauit: eadẽ uigilãtia ĩcubuit chartis/qua Ro. milites disciplinę militari ĩcubuerũt: & Mediusfidius uidet᷑ populus Ro. uel ob hoc unũ tã memorãda facinora gerere uoluisse/ut illa a tã luculẽto scriptore describerẽtur: ꝗ res haud dubie luculẽtas uerbis luculẽtis ęquauit/quẽ quotiẽscũq; ĩ manus sũmo: nõ legere uideor bella/sed tractare: & ut ĩqt Hierony. de Paulo/nõ audire uerba/sed tonitrua. in Liuianis uoluminibus uidere uideor Imperatores concionabundos / militesq; suos exhortantes ad prelia alacri animo capescendã: Senatum de rebus dubiis consultantem: hostes hinc formidolosos trepidare: Romanos illinc furibundos inuadere: Deniq; apud Liuium omnis rei militaris disciplina continetur/omnia stratagemata/omnes calliditates imperatoriæ demonstrantur. Leges Senatus/Populiq; decreta: omnes denique artes: quibus domi forisque uiuitur/conspiciuntur. Sed proh dolor quantam iacturam

passi sunt omnes litterarum studiosi ex cētum decem uoluminibus Liuianis dep̄ditis: q̄ omnia/quę unquā Romani p̄ septingentos annos gesserunt/præclara facinora ueluti in unum redacta corpus noscere potuissent. Quanto dispendio affectus est Ro. Po. cuius tot ac tantaꝝ rerum gestarum memoria cum libris Liuii pariter interiit. Quantum ueræ famæ detrimentum illustrissimi Imperatores subierunt: quorum nomina fuissent sempiterna/& gesta memorarētur/si Liuiana uolumina non intercidissent. Quod si defunctis ullus est sensus/profecto Liuianos manes īgemiscere credēdum est/tot labores in cassum sibi fuisse susceptos: tot nequicquā uigilatas noctes: tot frustra conscripta uolumina: quæ si extarēt omnia nihil pręterea nobis foret desiderādum. haberemus in quo ocium/ī quo tēpus bene collocare possemus: & tamen nobis ut pote somniculosis uix ætas suppeteret ad legendū: quæ illi diuina quadam benignitate prædito suppeditauit ad scribendū. qui etiam Dialogos/ut inquit Seneca/Philosophoꝝ more conscripsit. Sed querelæ ab exordio nostræ enarrationis procul absint: nihil nec nobis nec ipsi Liuio profuturę. Cæterum cū sapientis sit seruire tēporibus: Nos quoq; tēporibus his seruiamus: q̄bus cum arma uigeant/bella horrida perstrepant/Cum omnis Italia bellicis tumultibus sęuiat/Classica p̄sonent. Cū Mauors telum suū quatiat: Bellona dominetur: idoneū esse uidetur/ut scriptores eos potissimū

legamus: qui bella describunt. hæc ergo sit nostra militia. alii bella gerent/nos legemus/alii sub Dio in cãpis patẽtibus intuti pugnabunt: nos pugnas cõfectas ĩ umbra ĩ scholis tuti recẽsebimus. hinc aures nostras Liuius personabit: inde Silius. Ambo eadem bella facũdissime narrãtes. ille soluta oratiõe. hic uersu heroico: qui non minus historicus q̃ poeta iudicandus est. Qui stilo Cothurnato & charactere grandiloquo tonare ac fulminare uidet̃: qui bella nõ scribere sed bellare: Cui optime cõuenit illud Oratianum.

Audire magnos iam uideor duces
Non indecoro puluere sordidos.

Ardens est/Concitatus/erectus: idem Cãdidus/Copiosus/atq; sublimis/q̃q̃ carmina maiore cura scribere q̃ ingenio creditus. Multum habet neruoꝝ: plurimũ lacertorum: totus bellicis rebus accõmodatus: qui nõ minus eruditionis afferre possit: q̃ iucũditatis. Mira est in Silio rerum recõditatum copia/uaria ac multiplex locoꝝ/& maxime Italicarum urbiũ descriptio. multa Historiarum cognitio. Et cũ Virgilium illa felicitas ĩgenii soluta oratione reliquerit: Cum Ciceronem facundia illa genuina in carminibus destituerit: Silio contigit id/quod paucissimis dii dederunt: ut idem esset & maximus poeta/& summus orator/qui utrũq; & Maronis & Ciceronis opus felicissime ĩpleuerit/quod Epigrãmaticus poeta elegantissime demõstrat his uersibus cũ de Silio loqueretur.

Sacra cothurnati non attigit ante Maronis/
Impleuit magni q̄ Ciceronis opus.
Idem alibi Silium musarū decus appellat. Sed q̄d plura? Liuii & Silii facūdia: uires/ īgeniū eruditio/ cęterę q̧ uirtutes eximiæ sese nobis quotidiana enarratione exhibebūt: sese offerēt: ostentabūt clarius Sole fulgētes. Ego uero omni diligētia/ studio/ uigilātia elaborabo/ enitar/ atq̧ contēdam: ita singulos nodos enodare; ita implicita explicare: ut quemadmodum uos mihi ornamento maximo futuri estis. Ita ego uobis sim non minimo emolumento. Hoc mihi in animo est uelle prodesse/ Vobis sit uelle proficere/ Dii faxint ut utriq̧ utrunq̧ propositum implere possimus.

Oratio habita ī enarratione epistolarū Ciceronis & Lucani Cōtinēs laudē Poetices. Orō. IIII.

m Aximū deorū munus est Viri Circūspectissimi/ & quo nullum maius excogitari potest/ eloquētia/ Qua una uel maxime sepauit hominem a cęteris mutis animātibus Deus ille parens & mundi fabricator/ quæ quia sermone carent/ irrationabilia merito uocantur. Eloquentia homines palabundos in agris atq̧ dispersos cōgregauit ī populū/ & ex feris atq̧ īmāib9 mites reddidit & mansuetos. Eloquentia multæ urbes constitutæ sunt/ plurima bella restincta/ Firmissimę societates/ Sanctissimæ amicitiæ Comparatæ. Eloquentia mortales immortales efficiuntur. Merito itaq̧ fle-

xamina & omnium regina rerum oratio a doctissimis nũcupatur: Cuius tanta est dignitas: tanta potẽtia: tãta maiestas: ut Duce Eloquentia diis similimi esse uideamur: Et homines eloquẽtes/q oratores nominantur/tantum reliquis hominibus p̄stare creduntur: q̃tũ homines bestiis antecellunt. Nihil Medius fidius eloquẽtia diuinius repiri potest: nihil cõsumato Oratore prestantius: Cæterũ cũ eloquentię partes omnes sacrę sint ac uenerabiles: cæterisq; aliarũ artium studiis anteponendæ/Poetica in primis sacratissima est: quã antiq primariã quãdã Philosophiã eẽ tradiderũt: Quæ ab ĩeũte nos ętate uiuẽdi formulã doceret: quę mores/quę affectiões ostẽderet: Quę res gerẽdas cũ iucũditate p̄cipet. Vñ nõ min9 uere q̃ luculẽter dixit Oratius.

Os pueri tenerum balbũq; poeta figurat.
Mox etiam pectus p̄ceptis format amicis.
Instruit exemplis inopem solatur & ægrum.

Quãobrẽ ciuitates grecoꝝ eruditissimę liberos ĩ Poetica ĩ primis erudiebãt: solũ Poetã sapiẽtẽ esse dictitãtes. Et ut Diuus Augustinus scriptũ reliquit: Poetæ theologi nũcupati fuerunt: Cum de diis ĩmortalibus diuinitus multa cõscriberent. Quales Orpheus/Musęus/Linus fuisse traduntur. Enĩuero artis Poeticę studia/ut Cicero facũdissime scribit: Adolescentiã agũt: Senectutẽ oblectãt: Secũdas res ornant: aduersis pfugium ac solatium prebent. Delectant domi: nõ impediunt foris: pernoctãt nobiscum: pegrinantur: Rusti-

cantur. huc adde ꝙ poeticus decor exercetur ab Orato re: ut testis est Cornelius: ꝙ oratori lectionem poetarum plurimũ conferre Theophrastus affirmat: apud quos in rebus spiritus / in uerbis sublimitas / ĩ affectibus motus omnis / & in personis decor exprimitur: ideoq; in hac lectiõe. M. Tullius putat esse quiescẽdum / existimatq; omnem loquendi elegãtiam expoliri augeriq; poetis lectitãdis. Est enĩ finitimus oratori poeta: sũtq; ĩter se cognatione quadã copulati. Cæterũ cũ cæterarum rerum studia preceptis cõstẽt atq; doctrina: Poetę soli ipsa natura ualent: & mentis uiribus excitãtur: & quasi diuino quodã spiritu inflamantur. Vñ Plato diuinitus scripsit libro tertio de legibus. poetarum genus esse diuinũ: & idem tradit ĩ Phedro. Vates furore diuino concitatos multa cõmoda græcis hominibus attulisse. ab eodem ꝑquã eleganter dictum est in libello de furore poetico. Poetas diuino instinctu concitatos eundem furorem interpretibus / quos rhapsodos appellat / infundere / imitariq; Magnetis lapidis naturam: qui non solum ferreos anulos trahit: sed eandem trahendi uim ipsis anulis latenter insinuat. Origenes quoq; ille magister ecclesiæ ĩ libris: quibus titulus est Periarchon. Virtutem quãdam esse docet Spiritalem / quę poeticã ĩspiret: cuius ĩspiratione poetæ repleãtur. Platoni Origeniq; astipulatur Ouidius sic scribẽs.

Est deus in nobis: agitante calescimus illo: Et alibi.
Est deus in nobis / sunt & cõmertia cœli:

Sedibus ethereis ſpiritus ille uenit. Quapropter haud immerito poetas antiqui ſacros nominarũt: Vnde ab eodẽ ſcriptũ ẽ. At ſacri Vates & diuũ cura uocamur. Et Calphurnius ĩ bucolicis inqt. Ille fuit Vates ſacer. Et Lucanus noſter ſcriptũ reliqt: O ſacer & magnus Vatũ labor. Ennius uero ſanctos Poetas appellat: ꝙ quaſi deoꝝ aliquo dono / & munere p̃diti eſſe uideant. Hinc eſt / ꝙ poetę antiqtus ĩ maxima ueneratione maximoq; p̃cio habebãtur: ꝙ a principibus fouebantur: ꝙ a regibus ditabantur: ꝙ ab omnibus certatim amabantur: Vnde nõ minus uere q̃ diſerte cecinit Naſo.

Cura ducum fuerant olim regumq; Poetæ:
Premiaq; antiqui magna tulere chori:
Sanctaq; maieſtas / & erat uenerabile nomen:
Vatibus & largæ ſæpe dabantur opes.

Carus fuit Scipioni Africano Ennius. Carus Archias merito atq; Lucullis. Cherilũ poetã q̃uis ignobilẽ in deliciis habuit Alexander. Virgiliũ fouit Auguſtus: cuius uerſiculos cũ ĩ theatro Po. Ro. audiſſet: ſurrexit uniuerſus: & p̃ſentẽ ſpectãteq; Virgiliũ tãq̃ Auguſtũ ueneratus eſt. Oratiũ Mœcenas adamauit. Tibullum Meſſalla dilexit. Papiniũ Domitianus auro palladio Coronauit. Auſoniũ Gratianus conſulatu decorauit. Neq; ſolũ uiuẽtes Poetę: q honorificẽtius Vates dici exiſtimãt: ſed etiã defuncti uenerabiles extiterũt: Siq dẽ Alexãder Magnus: cũ ĩter ſpolia Darii pſaꝝ regis Scriniolũ cepiſſet auro gẽmiſq; ac margaritis p̃cioſũ: ĩ

eo libros Homericos reposuit:ut p̃ciosissimũ humani ingenii opus opere ditissimo seruaretur. Idẽ Homerũ adeo diligebat:ut eius Iliada: quod diuinum poema edidicerat: quod uiaticũ rei militaris appellabat/nocte sub puluino una cũ pugione subiiceret: & ita cum Homero poetarum principe uigilabat/Cũ Homero dormiebat. idem Pindari inter lyricos poetas prestantissimi familię ac penatibus parci iussit/Cum Thebas euerteret. Alter uero Alexãder/qui Romano prẹfuit imperio: Virgilium adeo admirabatur:ut eum Platonem poetarum uocitaret:eiusq; imaginem in Larario consecraret. Quinetiam Elius Verus Romanus Imperator Martialem epigrammaticum poetam suum Virgilium nuncupabat. Huc adde quod etiam Dii amatores ultoresq; extiteẽ poetarum. Siquidem Apollinis oraculum/ut inquit Eusebius Pamphilus: Euripidem laudibus in cœlum tulit:& Archiam tamq̃ scelestum ac profanum iussit exire de templo:q; Archilocum poetam interemisset. Sophoclem quoq; tragici cothurni principem Liber Pater tãquam delitias suas sepeliri iussit. Pręterea poetæ quadam suauiloquẽtia adeo sunt dulces:ut non legãtur modo:sed etiam ediscantur:quorum auctoritas tanta est: ut illorum dicta pro certissimis testimonis habeãtur: Nam & Plato & Aristoteles principes philosophorũ Homeri aliorũq; poetarum carminibus sua dicta persępe corroborant. Quinetiã Iuriscõsulti illi sanctissimi ĩ libris digesto-

rum frequẽter allegãt poeticos uersus/& maxime scri
bentes de cõtrahẽda emptione & uenditione:& in titu
lo de gradibus:& de uerborꝫ significatione: & ad legẽ
Aquiliã:& de rerꝫ diuisione:sexcentisq; in locis citant
testimonia poetarꝫ. In decretis quoq; Virgilianũ car-
men ex Georgicis:& Oratii uersus ex Epistolis afferũ
tur. Quid non ne Ecclesiastici scriptores & in primus
Augustinus Hieronymus atq; Lactãtius/Tria Chri-
stiani dogmatis lumina clarissima scatent auctoritati
bus poetarꝫ? Quid maius loquor? Nõ ne Apostolus
Paulus Vas electionis/Tuba Euãgelii/& sanctarꝫ scri-
pturarꝫ Armariũ Poetas studiose lectitasse uidet? qui
ad Titũ scribẽs uersiculũ usurpat Epimenidis Poetę.
Cretes semper mendaces/malę bestię/Ventres pigri.
In alia quoq; epistola Menandri carmen allegat:
Corrũpunt bonos mores confabulationes pessimæ.
Et apud Atheniẽses in Areopago hoc est Martis cu-
ria disputans Aratum poetam testem citat. Præterea/
ut in Decretis scriptum est/Dominus præcepit Israe-
liticis:ut Aegiptios argẽto spoliarent Tropologice in
telligens:ut argentum idest eloquentiã apud Poetas
inuentam colligerent atq; possiderent. Dauid quoq;
ille psalmographus psalterium numeris poeticis con-
cinnauit: Quod ut inquit Hieronymus in morem
Oratii Flacci & Pindari:nunc Iambo currit:nunc Al-
caico personat. nunc Sapphico tumet:nunc semipede
ingreditur. Deniq; Esaiæ/& Iob/& Solomonis lucu-

lenta uolumina/hexametris & pẽtametris uersibus:ut Iosephus & Origenes scribũt:apud hebreos cõposita decurrunt. Quietiã/ut Cassiodorus testat̃:oĩs poetica eloquutio a diuinis scripturis sumpsit exordiũ. Adeo musica uenustas leposq; poeticus existimatus.ẽ oĩ esse suauitate refertissimus: Adeo carmina moduliq; numerosi placuerũt:ut deos existimarẽt eẽ placabiliores/ Si eos uersibus adorarẽt: & carminibus p̃carẽt: Vnde ab Oratio dictũ est luculẽter: Carmine dii supi placã tur carmine manes. Et nõ minus uere q̃ facũde cecinit Lucretius. Calliope reqes hominũ diuũq; uoluptas. Sit igit̃ apud uos uiri p̃stãtissimi sanctũ ac uenerabile nomẽ poetaꝝ:q pricipibus cari sunt:q fouẽtur a bonis:quoꝝ carmina ediscunt̃ a litteratis: Quoꝝ uersus tersissimi aures doꝝ mulcẽt:eosq; exorabiles mortalib᷒ faciũt:q qbusdã figmẽtis adũbrati multa saluberrima p̃cipiunt:sentẽtias e penitissima Philosophia deprõptas dissimulãter iterserũt/mẽtes nostras optimis p̃ceptis frequẽter istituũt/& ut auctor est Mãlius. Omne genus reꝝ docti cecinere poetæ. Iidẽ linguam ornãt.facundiã augẽt:& supellectilẽ uerboꝝ faciũt copiosissimã. Deniq; solis pene poetis datũ est:ut ad laudãdũ & uitupãdũ pariter sint accõmodati: & queadmodũ imortali laude donãt̃ illi:quos carminib᷒ extollũt/ita sempiterna illi pulsant̃ ifamia/quos maledicis uersib᷒ isectãtur. merito nos monet Socrates Platonicus/ut diligẽter caueamus/ne poeticũ hominem quẽpiã nobis ifensum habeamus. Et principes/quos

carminibus celebrãt, imortales efficiũtur: q̃d elegãter exp̃ssit Oratius illo uersiculo: Dignũ laude uirũ musa uetat mori: Cœlo musa beat: Si aliquando lasciuire & obscena scribere: & ludicra atq; amatoria decantare & ĩpudica ꝓmere uident̃: Nõ ꝓpterea sunt poetę repudiandi: Cũ neq; scriptorũ mores ex uersibus iudicãdi: neq; lepidiora carmĩa ꝑ argumẽto ĩpudicicię sint habẽda: licet lasciuire carmĩnibꝰ citra ĩpudiciciã: licet iocari uersiculis citra obscenitatẽ morũ: licet lingua & calamo ludere pudẽda: aĩo & corpore exercere ꝓbanda. nemo poetas explodẽdos eẽ cẽseat, pp uersus mollicu los, & amatorios, ĩmo qlibet existimet poetas eẽ amãdos fouẽdos lectitãdos pp singularẽ eruditionẽ rerũq; doctrinã copiosissimã. quę cũ in oĩbus magna cõspiciat̃ ĩ Lucano maxĩa redũdat: Nãq; ĩ geographia hoc est locorũ descriptiõe ẽ eminẽtissimus: ĩ astrologia eru ditissimus: ĩ historiarũ enarratiõe facũdissim9: ĩ oratio nibus eloquẽtissimus: ĩ stilo heroico sublatissimus: ĩn rebus describẽdis cõpositissimus: idẽ ardẽs ẽ & cõcita tus & sentẽtiis clarissimus: & ut inqt Quĩtilianus oratoribus magis q̃ poetis imitãdus: Qui quoniã magis scribit historiã q̃ figmẽta cõponat: a nõnullis & maxi me a Seruio ex familia poetarũ exterminat̃: ex quo & ip̃e apud Martialẽ illudẽs ait: Sũt qdã q me dicũt nõ eẽ poetã: Sed q me uẽdit bibliopola putat. Atq diuus Hieronymus nõ solũ poetã eũ appellat: sed etiã ardẽtẽ esse dicit: & Papinius ĩ syluis oĩbus poetis Lucanũ nõ ueret̃ anteponere unico excepto Virgilio: in cuius

cõparationem ita scribit: Quid maius loquor ipse te latinis Aeneis uenerabit̃ canentẽ: Et alibi metaphoricos inqt Bethym Mãtua ꝓuocare noli. Hoc idẽ sensit Martialis inqens. Phœbe ueni sed quãtus eras cũ bella canẽti Ipse dares latiæ plectra secũda lyre. Enarrabimus itaq; Diis hominibusq; fauẽtibus poema Lucãi poetę cordubẽsis Tersũ eruditũ: luculẽtum: Cuius lectio multũ ꝓderit nec mĩus delectabit: qđ si Ciceroni olĩ legere cõtigisset. nũq̃ ꝓfecto scripsisset Cordubenses poetas pingue qddã sonare/atq; pegrinũ. ego ĩ primis elaborabo enodare nodos q̃ plurimos: quos uel paucissimi explicarĩ potuerũt. Lectiõi Lucãi cõiuncta erit lectio epistolaꝶ Ciceronis: & ita cũ poeta illustrissimo copulabit̃ orator ĩclytissimus: de quo melius est tacere sicut de Carthagĩe scribit historicus quã pauca dicere: de quo cũ ꝓximis ãnis multa diximus ĩ p̃sentia hoc solũ dixisse contenti erimus: Quod character Cicerõis epistolicus ad eloquutiõnẽ ĩ adolescẽtioribꝰ scholasticis formãdã/ad facilitatẽ extẽporalẽ cõparandã/est maxime cõducibilis: cũ leniter fluat/& ipsa epistolaꝶ dialectos habeat quãdã quasi genuinã iucũditatẽ: ĩ qbꝰ uĩcula qdẽ sũt/sed laxiora: neq; tã numerosa q̃ ĩoratiõibus: & cũ epistolæ quotidiãis uerbis texẽdę sint: Cũ nihil accersitũ habere debeãt: ut ĩquit Seneca/nihil affectatũ/cicerõiana ĩ epistolis eloquutio facilis ẽ & illaborata/& ex quodã ueluti prõptuario copiosissimo deprõpta: quę cũ imitãda sit/& maxĩe imitabilis: nemo nõ sperat se epistolarẽ Ciceronis eloquẽtiã effi-

gere atq; ęmulari posse: ue♃ ut īqt' Oratius. Sudet mul tū frustraq; laboret Ausus idē. Cęte♃ cū Liuius ī epistola ad filiū scripta legēdū ī primis eē Ciceronē pscribat: Opinor me factu♃ opæpciū: si Cicerōis epistolas publico auditorio hoc āno pfitebor. Ex qua♃ enarratione nō pa♃ studiosi eloquētię iuuabunt̃. Ipe eqdē/ qđ ad me attinet/omni studio uigilātiaq; cōtendā: ut oībus satisfaciā: ut nemīnē ad nostras lectiōes audiēdas uenisse peniteat. Pręterea quædā scitu digna ānotabimus: quę ad epistolas cōponēdas ptiere uidebūt̃: ut scholastici nō solū ex uiua/ut aiūt/uoce: sed etiā ex scriptis litterulas nostras/quātulęcūq; sunt/cognoscer possint. Sed iā tēpus est ad ea nos trāsire: quæ enarrationi ipi sint accōmodata: Quæ dū breuiter expono: q̄so/ut fecistis adhuc/diligēter attēdite. mihi onerosū nō est dicere: uobis molestum non sit audire. Dixi.

Oratio habita ī enarratione Rhetorico♃ cōtinēs laudationē/eloquētiæ atq; Cicerōis. Orō. V.

s Aepenumero admirari soleo Viri circūspectissimi/q cū ex aīo cōstemus/& corpore: animū/qui diuinus est/paucissimi colāt: corpus quod fluxū est/& caducū q̄ plurimi: hoīes mehercle p̄posteri atq; puersi: q id/qđ deterius ē/pluris faciūt eo/qđ p̄ciosius est: q bona corporis bonis animi āteponere nō uerent̃: q ī uoluptatibꝫ belluinis summū bonū collocādū eē cēsent. Atq q̄to rectius/q̄to laudabilius ē ita īstituere uitā nostrā: ut corpus animo ancillet̃: ut bona animi prima/& in primis

capessenda eē existimemus: ut corpus causa animi/nō animū cā corporis ab oīpotētissimo ac Vltramūdano Deo fabricatū eē credamus. ut deniq; hominē īteriorē: hoc est animum: q uerus hō ē: colamus ac honoremus: hoc ī primis iubet Plato ille philosophoꝝ deus: hoc Platonicus Apuleius factitādū eē demōstrat: hoc efficere debet q̄sq̄s de se ipso bene sentit. Cultura uero animi ē/peioribus repudiatis meliora sectari: & id qđ optimū est/potissimū capessere. Cultura animi ē/ īgenuas disciplinas amplexari: cultura animi est ipsa Eloquētia: Quæ una ē de summis uirtutibꝰ: Quæ sacra ac uenerabilis/quæ reꝝ publicaꝝ gubernatrix p̄clara esse fert̄: Quā. M. T. primā artē appellat: Quā Cor. Tacitus autumat cęteris aliaꝝ artiū studiis eē anteponēdā: ī qua p̄sidiū simul & telū est: Quo ꝓpugnare pariter/ & īcessere possimus: Quæ flexanima: Quæ omnium Regina reꝝ a luculētis scriptoribꝰ nūcupat̄: Qua q̄ p̄ditus ē īter hoīes/ut ita dicā/Deus putat̄: qua deniq; efficit̄/ut reliq̄s hoībꝰ tāto p̄stemus: q̄to hoīes bestiis ātecellūt. Eloquētiā ergo Viri p̄stātissimi totis uiribꝰ capessere/eloquentię dies ac noctes īpēdere/eloquētiæ iugiter īuigilare debemus/hoc sit ociū nostrū/hoc negociū/ī hoc labor/in hoc q̄es reponat̄. Hoc opus/hoc studiū parui ꝓperemus & āpli. Si patrię uolumus/ si nobis uiuere cari. In cubiculū aūt eloquētię ītroducet nos ille/q claues habet. M. T. C. q eloquētię clauiger/ īmo alūnus/īmo partus dici meret̄. hic nobis cunctas eloquētię diuitias reserabit/cūcta pistromatā explica-

bit:oēs ornatus ostēdet.hoc duce/hoc dep̄catore nobis utēdū ē/si isinuare nos i amicitiā cū eloquētia cōcupiscimus. Hic.n.ille ē q Pomeriū Romanę līguę p̄mouit/cuius ingeniū Romano impio par/q eloquētiam ipsam locupletauit/q ad ornamētū patrii sermōis cōplura uocabula excogitauit/qualia sunt beatitas/beatitudo/indolētia/syllabatim. & p̄ orizōte finiendus: multaq; alia id genus/quę primus Cicero cōmētus eē fert̄/ideoq; incertū est/utrꝝ ip̄e plus eloquētiæ debeat/ an ip̄i eloq̄ntia/quē eloq̄ntię archetypon & simulacrū nūcupare merito possumus/q apđ posteros id ē cōsequtus/ut Cicero iā nō hominis nomen sed eloq̄ntiæ habeat̄: De cuius laudibus/sicut inq̄t Salustius de carthagine/melius eēt tacer̄/q̄ pauca dicer̄/& nos āno p̄xi mo nō pauca cōmemorauimus. Sed quoniā ut autumat Plato nō nocet bis dicere qđ bene dr̄/& ut ait Seneca nūq̄ nimis dr̄/qđ nūq̄ satis/Repetamus in p̄sentiarꝝ nōnulla de Cicerōe/quæ neq; uos audiuisse/neq; nos dixisse pœniteat. M.Antonius orator/cui uel primas eloq̄ntię partes maiores nostri tribuerūt/dicer̄ solebat/multos se uidisse disertos/eloq̄ntē oīo neminē/ eloq̄ntiæ uidelicet formā/quā animo cernebat/re ipsa uider̄ nō poterat. utinā hic Antonius Ciceronē ī foro Romāo causas actitantē uel semel audiuisset/p̄fecto dixisset hūc esse illū/quē q̄rebat/quē nusq̄ uidere potuerat/eūq; nō solū eloq̄ntē/sed eloq̄ntissimū/sed eloquentiæ ipsius imaginē esse asseruisset: & merito. Nā ut facūdissime Quītilianus tradit/Cicero unus dono

quodã ꝓuidẽtiæ genitus uidet̃:ĩ quo totas uires ſuas eloquẽtia expiret̃:q effinxit uim Demoſthenis:copiã Platonis:iucũditatẽ iſocratis:ĩ quo oẽs orãdi uirtutes cõgeſtę fuerũt:quę ĩ aliis oratoribus ſingulę cõſpiciũtur. Laudamus ĩ Cęſare calorẽ:ĩ Seneca copiã ĩ Quĩtiliano diligentiã:ĩ Plinio nitorẽ. Laudauerũt priſci in Graccho impetũ:ĩ Lelio lenitatẽ:ĩ Catone grauitatẽ: ĩ Caluo ſanctitatẽ:ĩ Hortẽſio ꝑtitionẽ:at. M. T. ĩ oĩbꝫ his:quę ĩ ſingulis ſingula laudant̃/ẽ eminẽtiſſimus:a quo oĩs dicẽdi copia: uelut a copioſiſſimo fonte ꝓcurrit:a quo ſicut de Homero cecinit Mãlius. Oĩs poſteritas latices ĩ pocula duxit. De quo id dici merito põt uerbis paulũ ĩmutatis/qđ de Epicura dixit Lucretius. Hic genus humanũ eloq̄o ſuꝑauit & oẽs Reſtrinxit ſtellas exortus ut etherius Sol. Et cũ ab aliis ſcriptoribus reꝝ/ab aliis uerboꝝ doctrina q̃rat̃: Cicero doctrinã facundiãqꝫ abunde ſuppeditat: Et cũ tria ſint genera dicẽdi: Quos greci characteras appellãt: Cum ſint grãdiloq/q ſentẽtiaꝝ grauitate/& maieſtate prępollẽt: Cũ ſint graciles/ĩ q̄bus ſubtilitas ac uenuſtas eſt/cum ſint ĩtermedii/q in cõfinio utroꝝqꝫ tẽperatim florent: in his oĩbus Cicero abſolutiſſimus cõſumatiſſimuſqꝫ cõſpicitur. Laudat Homerus in Vlyxe orationẽ:quã niuibus hibernis ſimillimã illo uerſu eſſe pronunciat.

Inſtar erant himbris fluitantia uerba niualis.

Talis in Cicerone haud dubie eſſe cognoſcitur: uidelicet Plena/Larga/Magnifica/Excelſa/breuiterque cœleſtis: Pericles ab Ariſtophane poeta Comico di-

ctus est/fulgurare/tonare/cuncta oratiõe ꝑturbare/atq̃
miscer̃. Hoc idẽ de. M. T. dicer̃ possumus/cuius sentẽ
tię fulmĩa/ Verba tonitrua mihi uident̃. Et sicut Apo
stolus Paulus tuba euãgelii a diuo Hiero. nũcupat̃ ita
ipe Tuba eloquẽtiæ nũcupari põt. In cuius labris illã
ꝑsuadẽdi deã sessitauisse credimus/q̃ a græcis Pitho/
a latinis Suada siue Suadela noĩat̃/quã in ore Periclis
apd̃ grçcos/ĩ ore cethegi apud romãos sedisse scripto-
res idonei tradiderũt. Merito igit̃ rex oratoꝝ & latinę
ligue illustrator dictus ẽ. Merito arcẽ eloquẽtię tener̃/
& ĩ iudiciis regnar̃ existimat9. Merito ob ei9 os Graii
ora obuertebãt sua. Ex cuius libris deprẽdere licet/ut
Cor. Tacitus auctor ẽ. Nullius ĩgenuę disciplinę sciẽ
tiã ei defuisse. ille nõ solũ grãmaticę/& poeticę/& rhe-
toricæ artis crateras ebibit/sed ẽt auidissime hausit cra
terã dialeticæ austerã/Musicæ dulcẽ/gæometriæ lipi-
dã/& uniuersę philosophiæ nectareã/quã qdẽ philoso
phiã/cũ Romæ prius ꝑegrinaret̃/& ut utar uocabulo
plautio/rãtũ mõ atticissaret/prim9 ferme/romana ciui
tate dõauit/& latĩa ligua opulẽtã ac pollẽtẽ fecit. nãq̃
uerbis plurib9 grecanicis uerba latina accõmodauit
Quę.n. philosophi grece dicũt catorthomata/Cicero
latĩe recte facta noĩauit. Quæ illi catalepsis/hic cõpre-
siões. qd̃ illi axioma/hic ꝓnũciatũ. Quę illi phãtasias
hic uisa nũcupauit/& sexcẽta alia id genus prim9 effin
xit. Idẽ ut nihil ĩtactũ relinq̃ret/iuri opam dedit/& de
legibus uolumĩa cõcinauit. ĩ omnibus uero/quæ scri-
psit/tanta auctoritas inest/ut pro ratione dicta ipsius

habeantur: ut Iurisconsulti pluribus in locis testimonio Ciceronis utantur. Nanq; in libro de Ver. signi. definitio littoris ex eius sententia comprobatur/& digestis de origine iuris fit mētio orationis: quæ pro Ligario scripta est: & ī titulo de pœnis. exēplū orationis pro Cluentio Habito mutuātur. Igitur cum tā uariis tāq; multiiugis disciplinis esset refertissimus: factus est cōsumatus Orator: & ut dicam/quod sentio/incōparabilis. & quod de Varrone dixit Terentianus.

Vír doctissimus Vndecūq; Varro.
Id nos de. M. T. Cicerone dicamus.
Vir doctissimus undecūq; Marcus.

Qui mihi hac peculiari laudatiōe laudādus uidet̃: ut tribus hisce nominibus cognominet̃: quę illi optime quadrāt. Videlicet Polyhistor/Philosophotatos/Polygraphotatos .i. multiscius/philosophiæ sciētissimus/& rex̃ plurimax̃ scriptor luculētissimus. hic.n. ille est/ quē ob eximias excellētesq; uirtutes oēs ī cœlū laudibꝯ certari ferūt: de quo p̄conia poetax̃ uulgatissima celebrātur. de quo ita cecinit Catullus/Disertissime Romuli nepotū: Quot sunt/quotq; fuere Marce Tulli: Quotq; post aliis erūt ī annis. De quo ita Lucanus. Romani maximus auctor Tullius eloq̄. De quo Silius. furialia bella fulmine cōpescet linguæ: nec deinde relíquet Par decus eloquio cuiquā sperare nepotum. de quo Epigrāmaticus Poeta. Illud laurigeros ageres cū læta triūphos Hoc tibi Roma caput cū loquereris

erat. Qui ita laudat᷑ a Manlio. Et censu Tullius oris Emeritus cœlũ. Quẽ cũ græce declamantẽ Apollonius Rhetor audiuisset mirabũdus paulisper obticuit: moxq; in hæc uerba prorupit. te nẽpe Cicero laudo & admiror: sed Græcoꝝ fortunæ me miseret: Cũ uideo Eloquentiã/quę uirtutũ sola nobis græcis relicta erat: p̱ te Romã transmigare. extat luculẽtum Epigrãma/ dignũq; ubiq; legi/ quod Tullius Laurea Ciceronis Libertus in laudem patroni concinauit: cũ aquas Ciceronianas oculis medentes his uersibus celebraret.

Quo tua romane uindex clarissime linguæ: Silua loco melius surgere iussa uiret: Atq; Achademię celebratã nomine uillã Nũc reparat cultu sub potiore uetus: Hic eẽt apparent lymphæ non ante repertæ: Lãguida quę ĩfuso lumina rore leuãt. Nimiꝝ locus ipse sui Cicerõis honori Hoc dedit: hac fontes cũ patefecit ope. Vt quoniã totũ legit᷑ sine fine p orbẽ: Sint plures oculis quæ medeãt᷑ aquæ. Quid multa? nõne & Plinius Ciceronẽ extra oẽm ĩgenii aleã collocat: & doctrinaꝝ lucẽ appellat: qui ĩ. vii. natu. histo. De laudibns Ciceronis luculẽtissimũ scripsit elogiũ: & ab oĩbus Ciceronianæ uirtutis amatoribus ediscẽdũ: Quod hoc ẽ. Sed quo te. M. Tulli piaculo taceã: Quoue maxime excellẽtẽ ĩsigni predicẽ? te dicente Legẽ Agrariã/hoc ẽ alimẽta sua abdicarũt tribꝯ. Te suadẽte Roscio theatralis seditionis auctori leges ignouerunt: notatasq; sedes ignominiæ discrimine æquo animo tulerunt: te

orãte proſcriptoꝝ liberos honores petere puduit. Tuũ Catilina fugit ĩgenium: Tu Marcum Antonium pro ſcripſiſti. Salue prim9 omniũ Pater Patriæ appellate: primus ĩ toga triumphũ / Líguęq; lauream merite: Et facũdię litterarũ latinarũ parẽs / atq; ut dictator Cæſar hoſtis quõdam tuus de te ſcripſit / omniũ triumphoꝝ laudẽ adepte maiorẽ / q̃to plus eſt ĩginii Romani ter- minos intãtum promouiſſe / q̃ imperii. Hęc obiter di cta ſint de Viro nũq̃ ſatis laudato / Cuius libros omnis diuinitus ſcriptos Vtinam tam ſtudioſe legeremus: q̃ ſtudioſe Diuus Hieronymus lectitauit: qui ob id ipſum / Ciceronianus ãte Dei tribunal / meruit appella ri / Sicut ĩ libello ad Euſtochium ipſe meminit / Et Ru finus affirmat / Cuius rei ẽt mentio fit ĩ Decretis. diſti- ctione. xxxvii. Nos uero ex ĩmenſa Ciceronianæ bi- bliothecæ ſilua / Rhetoricos ad Herẽnium potiſſimũ excerpſimus / Quos publico auditorio hoc anno pro- fiteremur / in quibus præcepta docendi oratorias artes plurima & pene omnia adamuſſim pſcribunt / quos libros quidam non Ciceronis / ſed alterius oratoris & potiſſimum Cornificii eſſe cõtendũt / ſuper qua re nũc mihi non eſt diſputandi locus. Hoc uero exploratiſſi- mũ eſt: hos Libros Rhetoricos / ſiue a Cicerone cõpo ſiti fuerint / ut Priſcianus exiſtimat / ſiue ab alio neſcio quo / ut nonnulli ex neotericis autumant: eſſe luculen tos limatos emũctos & in primis conducibiles ad do cendam eloquentiã / quæ in Canonicis ſcripturis Ar- gẽto cõpať / quã ſub nomĩe Argẽti Aegiptiis eripiẽdã

esse Dominus pcepit: sicut in Pētateucho/& maxime ī Exodo a Mose relatum est. ī Leuitico etiam primitias mellis Domino iubemur offerre: quod tropologice significat dulcedinē eloquentiæ: Qua nulla dulcedo mellea dulcior esse existimat: Cui omnis suauitas cōparata fatiscet: & austeritatis ac amaroris plena uidebit. hoc uerum eē oēs eloquētię pfessores affirmāt: hoc nemo uestrū īficiabit: ubi pręcepta Rhetorices optime didiceritis. Quam nōnulli in latinum trāsferentes: tum Oratoriā: tum Oratricē nominauerunt. eritis autem haud dubie eloquentes: si eloquētissimi Oratoris uolumina in manibus frequenter habebitis: Si Tullianę lectionis eritis studiosissimi: ille. n. ut Quintilianus ait: se pfecisse sciat: cui Cicero ualde placebit. Lectioni Ciceronis copulata erit lectio Siluarum: Quas Papinius Statius Poeta neapolitanus poetico quodā calor cōscripsit: Vnde & Siluæ merito nūcupant: Nā Siluam prisci uocarūt poema stilo q̄ uelocissimo compositum. quando poeta calorem sequēs/ac impetum/ ex tēpore scribit: & ut īqt. Plato ī Musæ tripode sedēs furoris afflatu concitatur. Pręterea Silua ī alia significatione apud eruditos accipit pro ubertate/ac copia rerum cateruatim congestarū. Vnde ait Cicero ī Oratore. Omnis Silua dicēdi ducta ab illis est/& Trāquillus ī libro de Grāmaticis reliquit inqt nō mediocrem Siluam obseruationū sermonis āriqui. & diuus Hieronymus in plogo Iosue. & in plogo Paralipomenon

Siluam Hebraicorum nominuũ appellat multitudinem copiosissimã. In hoc uero Poemate perinde ac in siluis nemoribusq; sunt cũcta cõgesta / & agminatim coaceruata / ĩcredibilis rerum reconditarum cõmemoratio / ĩmẽsa multiiugę doctrinę descriptio / Historiaꝝ ac rerum scitu dignarũ luculenta narratio. in summa quã plurima leguntur in Siluis Statii / Quæ ꝓphanũ Vulgus ignorat / ĩ quibus grãmatistæ hallucinantur: in quibus Cõmentatores subinde labuntur. hæc & id genus reliqua nos ea uigilantia / eo studio / ea diligẽtia explicare conabimur: atq; pro uirili parte enodare curabimus: ut nullus auditoꝝ nostroꝝ enarrationes nostras merito possit criminari. Cæterũ quoniã Ciceronis Rhetoricos enarraturi sumus: ne illotis / ut aiũt / pedibus. in ĩpa penetralia ingrediamur: de Ciceronis uita & obitu pauca dicamus: quæ uobis uoluptati sit audiuisse / usui & ornamẽto meminisse: Vos / ut cepistis / queso diligenter attendite. Dixi.

Oratio habita ĩ enarratione Iuuenalis atq; Salustii.

ORATIO. VI.

u Etustissimi græcoꝝ Viri clarissimi maximos honores cõstituerũt nobilibus Athletis: q ĩ Ludis Olympicis / Pithiis / Istmiis / Nemeis uictoriã reportassent. Nã cũ palma & corona decorarẽtur: ĩ suas mox ciuitates reuertentes quadrigis triũphalibus inuecti conspiciebãtur:

& quoad uiuerẽt uectigalibus publicis alebãtᵉ: Quod me cogitantem subiit admiratio: cur non iidem hono res uel potius maiores/luculẽtioraq; emolumenta cõ stituta fuerint rerum scriptoribus: qui infinitas uolu ptates cunctis mortalibus prestant: & de toto humano genere optime merentur: qui tanto athletis anteponẽ di sunt: quanto animi corporibus antecellũt. Et.n.ab athletis corpora: a scriptoribus animi exercentur: illi corpora saginãt: isti animis pabulum suggerũt copio sum: & solam immortalitatem aucupantur: Quocirca cum multũ debeamus singulis singular℞ re℞ cõdito ribus: tum plurimum profecto debemus inuẽtoribus litterarum: quibus nihil præstãtius: nihil excellẽtius: nihil utilius ullo unquam tempore excogitatum est. Eniuero litteris cõstat imortalitas hominũ & memo riæ fulcitur æternitas: litteræ res multis retro seculis a multis nationibus gestas nobis ostentãt. litteris cogni tio omniũ disciplina℞ percepta est. Cõmertiũ littera℞ tolle ex hominibus: Solem ex ipso mũdo sustuleris. Huius tam excellentis/tam necessarii boni quisnam fuerit repertor/ambigitur. Alii a Mercurio litteras re pertas arbitrãtur. alii a Phenicibus inuẽtas esse tradũt: Cuius rei argumentũ est: ꝙ phenicia littera℞ elemẽta primi poetæ nuncuparunt. in greciam autem e pheni cia litteras Cadmũ attulisse ferũt: mox e græcia in la tiũ attulere pelasgi. Quidã autumant litteras assyrias fuisse semper. Ecclesiastici uero scriptores ab hebreis

repertas esse contendunt: idq; ualidissimo argumento probare nitũtur: ꝙ uidelicet apud hebreos singula litterarum elementa aliquid significēt: quod neq; apud gręcos: neq; apud latinos ullo modo fieri potest: Verbi gratia prima hebreorꝝ littera aleph nuncupatur: qđ latine significat disciplinã/ secũda beth qđ domus interpretatᷣ. gimel plenitudo: Deleth tabularꝝ siue librorũ. & ita reliq̃ litteræ hebreorũ alicuius rei significatiuæ esse traduntᷣ: qđ neq; de græcis/neq; de latinis fertur. Hæc sunt quæ ab eruditis memorantᷣ de origine litterarum. quibus qui imbuti fuerint: tantum illitteratis hominibus antecellunt: q̃tum homines cæteris animantibus pręstant. Cæterũ ipse mecũ interdũ quęrere soleo/quid est/ꝙ eũ toto fuerint populi/Tot gẽtes toto terrarꝝ orbe diffusæ/ Tã paucæ nationes in litteratum studio effloruerit. Soliq; fere græci & italici litteras excoluerint. Nãq; plures/ut ego opinor/i sola græcia italiaq; scriptores extiterũt: q̃ in omnibus aliis per/longa secula nationibus. huiusce rei nimirum illa potissima causa eẽ creditᷣ/ aeris uidelicet subtilitas atq; tẽperies. Nõ enim temere dixit Heraclitus/ Aer siccior anima prudẽtior & melior. hic thebani pĩgues hebetesq; existimati sunt: ꝙ Thebis cœlũ eẽt crassissimũ. Cõtra attici putantᷣ acutiores/ꝙ Athenis aer tenuis atq; salubris. hic septẽtriõales mẽtibus stupẽtibus eẽ tradũtᷣ/ꝙ pp cœli crassitudinẽ/imodicũq; aeris humorẽ refrigerentur/quę res haud dubie efficit animos tardiores/hebe-

tioresq;: Verum propter sanguinis humorisq; habundantiam ferro resistũt sine timore: Ecõtrario/qui proximi sunt ad axem meridianũ/feruentissimis ęstibus obnoxii/exiguũ habent sanguinẽ: ideoq; timidiores sũt pauidioresq;: & q̃uis sint animis acutissimis/summaq; solertia præditi: exustas tamen habent a sole uires animorũ: Nimirũ hoc illud est: quod philosophorũ princeps Aristoteles scribit in politicis gentes quæ in frigidis regionibus incolunt animo quidẽ habundare: ingenii uero & artificii habere q̃ minimũ. Asiaticos autem ĩgeniosos quidem esse sed minime animosos: at genus græcorũ sicut in meditullio regionis sitũ est: ita animo pollere & ĩgenio. Italia quoq; cum inter septẽtrionalẽ/meridionalẽq; plagã collocata sit mixtionibus diuersis efficitur tẽperatissima: quẽadmodum Iouis stella ĩter Martem feruentissimũ/& Saturnũ frigidissimũ media currẽs tẽperata salutarisq; fit. Quocirca Italia omniũ terrarũ alumna/ac parens nuncupatur: Eadem cunctarum gentiũ in toto orbe prima esse traditur: Quæ omnes nationes sine cõtrouersia antecellit Viris/feminis/ducibus/artiũ pręstãtia/ingeniorũ claritatibus. Ipsa uero urbs Roma: ut inqt Ammianus Marcellinus: uirtutũ omniũ fuit domiciliũ. Cum uiri diuino pene ingenio p̃clari innumerabiles ĩ Italia per uariãs ętates extiterint/Duobus potissimũ tẽporibus q̃ plurimi effloruerũt. Videlicet circa tempora Augusti: & mox circa tempora Domitiani atq; Traiani. Illa

profecto secula aurea cognominari merito possunt: Illa fœlicissima tẽpora nũcupanda: quibus Cicero: Asinius Pollio: Celius: Messallæ: Caluus: Iulius Cæsar. M. Varro: & mox Virgilius: Ouidius: Varro Attacinus: Proprius: Tibullus: & sexcenti doctissimi floruerunt. Altera uero ætate nõ pauciores extiterunt: Inter Quos Quĩtilianus. Duo Plinii/ Tacitus/ Trãquillus/ Gellius/ Martialisq; excelluerunt/ & ĩ primis Iuuenalis Aqnas/ q quẽadmodũ ipse poemate Satyrico eluxit in hac/ posteriori ætate: ita in superiori Crispus Salustius in scribenda historia ĩmortalitatẽ sibi cõparauit. Quos ambos hoc anno ideo publice profiteri destinaui: quoniã ex utriusq; lectione Cõfido Auditores maximã utilitatẽ cũ uoluptate esse capturos. Nam Crispus Salustius ob elegantiã inimitabilẽq; in scribẽdo breuitatẽ assequutus ẽ primas ĩter historicos partes: qđ Epigrãmaticus Poeta illo disticho expressit.

Hic erit ut perhibent doctorꝝ corda uirorum
Crispus Romana primus in Historia.

Et. n. ita creber reꝝ frequẽtia ẽ: ut uerboꝝ ꝓpe numeꝝ sentẽtiaꝝ numero sequat̃. ita uerbis/ quoꝝ nouator dictus ẽ/ cõcinus/ ita elegans/ ita pssus: ut nescias utrũ res uerbis/ an uerba rebꝰ illustrẽtur. Salustiũ Quĩtilianus Thucydidi celeberrimo apud gręcos nõ dubitauit opponere/ in quo cũ sit pcipua uirtus breuitas: ut Seneca refert/ hac eũ Salustius uicit/ ex cuius oratiõe nil demi sine detrimẽto sentẽtię põt: Vnde haud ĩmerito dixit

Macrobius Salustium in genere dicendi breuissimo dominari. Et magnã profecto iacturam passa ẽ latina lingua deperditis Salustii libris: quibus gesta Romanorum cõplectebatur/nobis tantũmodo supersunt illius diuini uiri Catilina atq Iugurtha. Salustius ab Augustino ita laudatur: ut eum appellet nobilitate ueritatis historicũ: Cuius orationes/ut inqt Seneca/legũtur in honore historiarum: quæ haud dubie uolumina indicãt quãta in scribendo maiestate/ quãq diuino fuerit decoratus ĩgenio. Sed quẽadmodũ in historia eximius est Salustius: ita in Satyra eminentissimus est Iuuenalis: Cuius poemate eruditissimo nobis abũde declaratur/non pauciora priscis temporibus q̃ nostris flagitia extitisse. Nec flagitiosos pauciores. huius itaq lectiõe affatim cognoscet: quãtis uitiis illa ætas ĩfecta fuerit: quãtisq libidinibus cõmaculata: ita ut uitupatio talium flagitiorum: nobis maximo esse possit documẽto: ut quod turpe est fugiamus: quod honestum est: id tota mẽte capiamus. Ex Satyrici Poetę lectione aperte cognoscemus id: quod nos conquerimur: Maiores nostros cõquestos fuisse. Videlicet corruptos esse mores/ Vigere nequitiã/luxuriã/libidinẽq dominari. Maximam profecto nobis exhibebit utilitatẽ/nec minorem uoluptatem Iuuenalis: ĩ quo eruditio mira est: Varietas rerũ iucũdissima: Stilus tersus: Mordacitas satyrica: Sentẽtiæ scitu dignæ ĩnumerabiles: Laudatio uirtutũ/ Vitupatio uitiorum. Enarrabimus ergo diis bene

iuuãtibus celeberimũ Satyricũ & Historicũ luculẽtũ: & pro mediocritate huiusce meæ quãtulæcũq; in pscitendo facultatis elaborabo: ut cũctis satisfaciã/ut recõdita illustrẽ/ Et ĩprimis quæ a cõmẽtarioribus omissa sunt uel paꝶ diligenter interpretata/ ea enarrare conabimur. ĩ Summa illa omnia/qualiacũq; sunt/quæ lõgis Vigiliis & iugi labore didicimus/ Vobiscũ libentissime cõmunicabimus. Vos queso aurium operam nobis acõmodate. Dixi.

Oratio habita ĩ enarratiõe Questionũ Thusculanaꝶ & Oratii Flacci cõtinẽs laudẽ Musices.

ORATIO. VII.

m Agna res ẽ/ac uenerabilis/oĩumq; mortalĩũ uotis expetẽda Viri clarissimi philosophia: quã gręci Ethicen / latini Moralem nominauerũt / quæ cũ animoꝶ nostrorũ medicĩa sit efficacissima/tãto reliq̃s disciplinis ẽ excellẽtior/q̃to animi corporib; antecellũt. Nã cũ cõstem9 ex anima & corpore/Cũq; corporis seruitio/animi utamur ĩperio/Magis nos decet animũ curare/q̃ corpus. Nihil aũt peræque ptinet ad aĩoꝶ sanationẽ/q̃ Philosophia/& ea potissimũ/quæ de uita tractat/& morib9. Si quidem cum plures / perniciosoresque sint animi. morbi q̃ corporis: qui dies noctesq; nostras mẽtes exedũt: Cum cupiditatibus insatiabilibus sollicitemur/ Cum perturbationibus ĩnumerabilibus simus obnoxii / hos omnes morbos sola sanare põt Philosophia

Moralis. Quæ haud immerito uitæ dux: & uirtutis īdagatrix / ex pultrixq; uitiorum a luculētis scriptoribus nuncupatur. Cuius documētis / qui fuerit imbutus: is facile casus cōtemnet humanos: fortunāq; floccifaciet imperterritus / imperturbatus / īuictus. Et cū plura sint studia: quæ liberalia nominantur: quia homine libero digna sunt: Hoc unū Philosophię studiū uere liberale est: quod homīes liberos facit / sublimes / fortes / atq; magnanimos. Quo circa illi ualde uituperandi esse creduntur: quorum corpora ī sagina sunt: animi in macie ueternoq; tabescunt: apud quos appetitus rationi imperat: Virtus uoluptati obsequitur: Corpus animo dominatur: Quorum Deus uenter est: quiq; in uoluptatibus libidinibusq; summū bonū collocarunt. At q̄to maiores nostri prudētiores laudabilioresq; extiterūt: qui uirtutem ad beate uiuendum solam sufficere crediderunt. qui unicę Philosophię diuitias omnes post posuerunt: Solā Virtutem contēplantes: Soli Sapientiæ inhiantes: solā doctrinam amplexātes: Inter quos īprimis Socrates philosophorum fons nūcupatus excelluit: qui primus philosophiam deuocauit a cœlo / Docuitq; de uita / & moribus / rebusq; bonis / ac malis inq̄rere: Nā cum Philosophiæ tres partes esse tradiderint eximii scriptores / Physicen / Dialecticē / atq; Ethicē: quarum physice: quæ a nobis Naturalis appellatur: rerū naturā perscrutatur: Dialectice: quā Rationalē nominamus: proprietates uerborum structurāq; req̄rit: Ethi-

ca/quę dicitur Moralis/animum cōponit/atq; omnes animorum perturbationes ſedat: hanc poſtremā Socrates cōplexus eſt: Ethicā Socrates ī ſcholis edocuit: Ethicā adamauit/illuſtrauit:excoluit:ad quā cū tranſiret/illud uulgatiſſimum uſurpauit. Quæ ſupra nos nihil ad nos:tāq̄ ſola Philoſophia Moralis eſſet mortalibus maxime neceſſaria/atq; frugifera/plurimūq; utilitatis afferret/cū reliquas partes multū nō probaret. Ideoq; neq; de natura reꝝ/neq; de altioribus/ſublimioribuſq; rebus Socrates unquā diſputabat:ſed de ſola Morali Philoſophia aſſidue diſſerebat/ac meditabatur. Cuius diſcipulus diuinus ille Plato doctoris dogmata ī omnibus fere uoluminibus mirabiliter expreſſit: Eiuſq; ingeniū/varioſq; ſermones īmortalitati cōmendauit:Cum ipſe litteram Socrates nullam reliquiſſet. Cæteꝝ Philoſophia omnis/ac reliquæ liberales diſciplinæ diu ī ſolis græcoꝝ gymnaſiis floruerāt: diu a ſolis græcis tractatæ/excultæ/illuſtratæ ſunt: Cū Romani Latiniq; arma magis/q̄ ſtudia litteraꝝ exercerent: Cū īperiū magis propagare/q̄ diſciplinas percipere meditarentur. Antiqtus Sophia dicebatur/quæ nunc Philoſophia nūcupatur/Et qui hanc profitebātur Sophi. ideſt ſapientes appellati. primus Pythagoras Philoſophiam nominauit/ſeq; philoſophum hoc eſt ſapiētię ſtudioſum/a quo illud Philoſophię genus emanauit/qđ Italicū ſcriptores appellant/ab eo ꝙ Pythagoras ut plurimū ī Italia philoſophatus ſit/Cum

Ionica Philoſophia ab Anaximãdro defluxerit diſci-
pulo Thaletis Ionici. Cęteꝝ cũ in dies magis ingenia
gręcoꝝ effloreſcerẽt: Cũ ſtudia litteraꝝ magis ac ma-
gis excolerẽtur: apud Athenienſes illos Catos/atq; le-
giferos domiciliũ philoſophoꝝ cõſtitũ eſt illic Acade
mia Platonis. Lycium Ariſtotelis: Porticus Zenonis
effloruerũt. ex ea ciuitate complures philoſophoꝝ ſe-
ctæ tãq̃ ex Equo Troiano ĩnumeri prĩcipes prodierũt
illĩc Academici hoc eſt Platonici ab Academia ſchola
nuncupati: illinc Stoici a porticu Zenonis nominati:
illinc Peripatetici ab ambulatione Ariſtotelis nomen
ſortiri ꝓceſſerũt. illĩc ſecta Epicureoꝝ: illinc manauit
ſecta Cynicoꝝ: quos ita a ꝓbris moribuſq; caninis ap
pellitauerunt: quoꝝ prĩceps & auctor ꝑhibetur Anti-
ſthenes/& illuſtrator Diogenes. In atticoꝝ gymnaſiis
dogmata philoſophoꝝ didicerũt Ariſtippus cõditor
Cyrenaicę ſectę/Archeſilaus prĩceps nouę academiæ:
Phedon a quo Heliaca ſecta profluxit/Euclides a quo
Megarica: & Menedemus: quem auctorem Cretricoꝝ
ſecta concelebrat. & ut ſemel finiã: nulli fere illuſtres
Philoſophi extiterunt: qui nõ Athenas ſtudioꝝ cauſa
proficiſcerẽtur. Illic diu litteræ habitarunt: illic Philo-
ſophia habuit domiciliũ: illic ĩgẽuæ ac liberales artes
diutiſſime diuerſatæ ſunt: quæ ſero quidem/ſed tamẽ
aliquando ad Romanos tranſmigrarunt: qui ut erant
omnium utilitatum/ac uirtutum rapaciſſimi cognitis
græcorũ diſciplinis incredibili litteraꝝ ſtudio flagrare

ceperunt: Multiqꝫ Philoſophiam latinis litteris excolere/atqꝫ illuſtrare conati ſunt. Sed duo potiſſimũ excellẽti ac pene diuino ĩgenio uiri id efficere potuerũt. M. Varro: q a Terentiano undecũqꝫ doctiſſimus nuncupatur: & M. T. C. extra omnem ingenii aleã collocatus: Qui cum oratoriã diſciplinã illuſtrauiſſet/ philoſophiam quoqꝫ ſua ĩduſtria illuſtrãdã excolendãqꝫ ſuſcepit. ut q occupatus Romanis profuiſſet: etiã prodeſſet ocioſus. & cũ ubiqꝫ Platonis æmulus/ac imitator exiſteret: Dialogos in philoſophia & potiſſimum morali plurimos diuinitus cõſcripſit: & ĩ primis quęſtionum libros quinqꝫ: quas a uilla ſua Thuſculana: quæ fuerat antea Syllæ dictatoris: Thuſculanas nominauit: quaꝝ lectio cũ ſit futura auditoribus utiliſſima ac ſaluberrima. cũqꝫ multũ eruditiõis/multũ ſententiaꝝ/multũ exẽploꝝ ĩ his cõtineat/ eas publico auditorio ĩſtitui ꝓfiteri. meqꝫ factuꝝ opæ pciũ eſſe cẽſui: ſi id pluribus mea ĩduſtria notũ fieret & aptũ/qđ prius ĩcognitũ erat & obſcuꝝ. Vos itaqꝫ hortor & moneo/ut Ciceronis libros lectitare ediſcere & ĩ manibus quotidie habere uelitis/hunc ſpectemus/hoc ꝓpoſitũ nobis ſit exẽplũ/ille ut Quĩtilianus ait/ſe profeciſſe ſciat/cui Cicero ualde placebit. cæteꝝ q̃tũ Ciceronis lectio nobis utilitatis ẽ allatura: tãtũ carmĩa Oratii Flacci modulata afferẽt iucũditatis: & quẽadmodũ philoſophia ſalubris ẽ: ita Muſica delectabilis. cuius dulcedine cũcta uiuẽtia capiunt: cuius origo cœleſtis memoratur:

ipsiusq; ratione mũdũ esse cõpositũ Pythagorici uulgauerunt. Vnde Theologi nouẽ Musas esse dixerunt ꝓpter octo spheraꝝ Cœlestiũ musicos cõcẽtus/& unã maximã cõtinẽtiã/quę cõstat ex oibus/quã Armoniã nominauerunt/Cœlũq; ipsum canere asseruerunt. Musicã antiqs illis tẽporibus inueneratione maxima fuisse memorię proditũ ẽ/ac maximos duces fidibus tibiisq; cecinisse.quin etiã apud priscos tam gręcos q̃ Romanos in cõuiuiis post cœnã Lyra circũferebat/qua laudes atq; uirtutes uiroꝝ fortiũ canebantur quã cum olim Themistocles recusasset/habitus ẽ idoctior. Cõtra laudatus Epaminondas/ꝙ Cytharizare & cantare ad cordaꝝ sonum eẽt eruditus. Socrates quoq; iã senio cõfectus institui Lyra nõ erubuit/& Plato ciuili uiro/quẽ politicon uocat/musicã credit esse necessariã/ Et Aristoteles ĩ politicis auctor ẽ/Musicã ĩter disciplinas ĩgenuas eẽ collocatã/quã una cũ litteris & gymnastica adolescẽtes priscis tẽporibus discere cõsueuerũt. & si uolumus ĩquit idẽ degere ĩ ocio/Musica est adhibẽda/quæ habet naturalẽ uoluptatẽ/quæ ex iucũdissimis est/quã Musęus dulcissimã dixit eẽ mortalibus. Musica antiqtus sacrificiis ac funeribus adhibebatur. Musica curas abigit/clemẽtiã suadet/& ad leniendos affectus plurimũ ualet/& ut ĩquit elegãter apud Philostratum Canius tibicen/Musica mœrentibus adimit mœrorem/hilares efficit hilariores/amatorem callidiorem, religiosum ad deos laudandos paratiorem:

eadẽq; uariis moribus accõmodata animos audito-
rũ, quocũq; uult, sensim trahit. Pythagoricis certe mo
ris fuit: animos ad Lyrã excitare, uel lenire: neq; solũ
perturbationibus animoꝝ, sed etiam corporis morbis
medetur musica modulatio: Cum ad febrẽ quoq; ac
uulnera Cantiones quotidie adhibeantur. Qua pro-
pter laudãdus est Xenocrates: qui organicis modulis
lymphaticos liberabat: & Asclepiades: qui tubatum
cantu surdissimis medebat᷑. Theophrastus quoq; ad
affectiones animi moderandas Tibias adhibuisse fer-
tur. Quin etiã traditũ est Thaletẽ Cretẽsem Cytharæ
suauitate morbos ac pestilentiã fugauisse. & cantus ti-
bicinũ mederi credunt᷑ schiacis: & in ĩstrumẽto ueteri
scriptum est: queadmodum, Dauide citharizãte Saul
refocilabatur a furore demẽtiæ: quo idẽtidem corripie
batur. Quid nõ ne bella musicis modulationibus ac-
cenduntur? quid aliud in Romanis Legionibus litui
tubæ cornuaq; moliebantur? Quoꝝ cõcentus equos,
militesq; pariter acuebat. Preterea Cretẽses ad Cytha-
rã dimicabãt: Lacedęmonii ĩ græcia: ĩ Italia Sibaritæ
ad tibias. Nõ ne Amazones ad calamos arma tracta-
bãt? non ne Halyattes Lydoꝝ Rex: ut auctor est He-
rodotus: ĩ exercitu habuit cõcinentes fistulatores atq;
fidicinas? Thimoteus quoq; Musicus eruditoꝝ pre-
conio celebratur: ꝙ Alexeudrũ Maguũ musici cãtus
modulatione ad arma corripienda inflãmaret, idem
inflãmatum mutatis modulatibus cohiberet. Quid

pacis munia nõ ne apđ ãtiquos musicis cantibus cele-
brata fuere? Eteni plures grȩcoꝝ ciuitates: ut Martiãus
affirmat: ad Lyrã leges decretaq; pu. recitabant. Quid
multa? Musices disciplina nõ solũ homines uerũ etiã
bruta animalia demulcet. Cerui fistularũ cãtu capiun-
tur. Delphines musica arte mulcent̃. Aues fistulis alli-
ciũtur. Architectus quoq; citra musicem pfectus non
erit: quæ ĩ primis efficax est: ut inqt Victruuius: ad ba-
listarũ catapultarũ scorpionũ temperaturas: hidrauli-
cas quoq; machinas efficere nemo poterit sine musices
ratiocinationibus. Cum ergo ĩter homines / reliquaq;
animantia musicæ tanta sit dominatio: eiusq; dulcedi
ne capiatur oẽ / quod uiuit: Celeberimi scriptores exti
terunt: qui ad Lyrã carmina cõponerent: & Rythmis
musicis numerosisq; modulationibus sua scripta con
texẽrent. Quod non solũ a græcis latinisq; / Verũ etiã
ab hebreis factitatũ. Tanta quippe est suauitas / tãtaq;
uolupras musicȩ modulatiõis. Quid. n. psalterio Da-
uitico modulatius? Quid canorum magis? Quod in
morem Oratii Pindariq; decurrit? Quid Deuterono-
mii & Esaiȩ Cãtico pulchrius? Quid Solomone gra-
uius Quid perfectius Iob? quæ omnia hexametris &
pentametris uersibus / ut eruditi testãtur: apud hebre-
os composita citra salebrosam aspredinem progredi-
untur. Cȩterum cum antiquiores numeri rusticis & ĩ-
cõditis similes essent: Poetica / ut auctor ẽ Cẽsorinus:
ueluti legitima musica cõpositior magisq; modulata

profluxit: quę modulatione metrica aſpitudinē læuigaret: & cūcta uenuſtaret. etenim rythmos numeroſq; muſicos ac pedes peculiariter cōplexi ſunt poetæ illi: qui Lyrici cognominātur ab eo: quod ad Lyrā illoꝝ carmina condecenter canebantur: quoꝝ apud priſcos tanta fuit copia/ac tantus numerus: ut Cicero neget: ſi ſibi duplicetur ætas: ſe habituꝝ tempus: quo lyricos poetas omnes perlegat/ quorum apud græcos longe Pindarus prīceps extitit/apud latinos Oratius/ qui ut auctor eſt Quintilianus/fere ſolus Lyricoꝝ poetarum legi dignus eſt. Nam & inſurgit aliquando/& plenus eſt iucunditatis/& gratiæ/& uariis figuris/& uerbis feliciſſime audax. Idem in Satyra ſcribēda terſus & purus/ & ad notandos hominū mores præcipuus. In eo graues/crebręq; ſentētię. Eruditio uaria/& multiplex: elegantia cū nitore terſiſſima. Oratii itaq; poema canorum non minus delectabit q̄ proderit. Non minus animo/q̄ auribus pabulū ſuppeditabit/ Cuius lectio non minus frugifera erit/q̄ iucūda. Ego uero pro uiribus cōnitar in enarratione Ciceronis & Oratii cunctis auditoribus ſatiſfacere/ & nihil earum rerum prorſus omittere/quæ ipſoꝝ declarationi ſint futurę accōmodatæ. Vos ipi teſtes eritis locupletiſſimi/ quos omnis rogo & hortor/ut tā libēter audire uelitis/q̄ nos diligēter cūcta enodare curabimus. Sed iā nō nulla ſcitu digna de Cicerōe dicemus: paulo poſt de Oratio Flacco dicturi. Vos ut cepiſtis quęſo attente audiatis. Dixi.

Oratio habita in enarratione Persii poetæ Satyrici.

ORATIO. VIII.

m Vltæ res sunt parui corporis Viri Clarissimi: que rebus magnis proculdubio anteponũtur: & multo preciosiores esse iudicantur. hoc in primis gemmæ lapilliq; testantur. Quid enim est minutius carbunculis? quid breuius Adamante: quid Hiacyntho magis pusillũ & nihil tñ his p̃ciosius nobiliusue repit̃. Scribit eloquentiæ parens Homerus Tydeũ paruo fuisse corpusculo. decoratũ: In quo tamen anima esset maxima: & uires amplissimæ. Vñ decẽter ĩ Priapeis a Poeta scriptũ est.

Vtilior Tydeus: qui si quid credis Homero:
Ingenio pugnax/Corpore paruus erat.

Et a Papinio non minus uere/q̃ diserte dictum.

Maior in exiguo regnabat corpore Virtus.

Et Xanthippus lacedęmonius: qui breui statura erat. ita laudatur a Silio.

Exiguis uigor admirabile membris
Viuidus/& magnos nisu qui uinceret artus:

Enim uero mihi curiosissime circũspectanti & diligẽtissime pensitãti uidetur: res fere omnes uirtute magis q̃ magnitudine estimãdas eẽ / ac metiẽdas: neq; quęrendum/quãtus sit quisq;: sed qualis: neq; q̃ procerus/ Sed q̃ probus ac eruditus. quis unq̃ librũ laudauit ob id tantũmodo: ꝙ magnus foret ac copiosus? quis orationem duxit esse luculentã: ꝓpterea ꝙ uerbosa esset/

& enormis? quis poema ob magnitudinẽ ubertatẽq; celebrauit unq̃? nemo mediusfidius uel modice eruditus id asseruit. Immo contra laudamus libellos/q sunt diserti eruditi & doctissime concinnati: eosq; haud dubie ãteponimus maximis uoluminibus: i qbus nulla sit eruditio minimaq; facundia. huiusce aũt rei nobis locupletissimũ quotidie testimoniũ exhibet Persius Poeta Satyricus: q quãto mĩor ẽ: tãto ẽ elegãtior: quãto minus habet põderis / tãto plus habet auctoritatis. Vñ luculẽte cecinit Epigrãmaticus Poeta Martialis.

Sepius in libro memoratur Persius uno:
Quam leuis in tota Marsus Amazonide.

Et de eodem Quintilianus ait. multũ & ueræ gloriæ q̃uis uno libro Persius meruit. & a diuo Hieronymo Satyricus disertissimus nuncupatur. nec ĩmerito. nam & sanctitate scribẽdi/ & sententiaꝝ grauitate & uerborũ pondere & Satyrica urbanitate nulli postponẽdus esse uidetur. in sectatur uitia: Sontes carpit: preceptis legentium animos sanctissimis format & imbuit. aliquãto subobscurus esse creditur propter hominũ temporumq; inscitiã & rerum ignorationem. Sed si quis curiosius poema luculentum introspexerit/proculdubio cognoscet id esse tersissimũ atq; elegantissimũ/qđ ut opinor: ubi a nobis enarratum fuerit: facile omnes iudicabitis uerissima esse quæ dicimus. & ꝑfecto post enarrationem Iuuenalis/ nullus nobis scriptor magis idoneus ipso Persio occurrere potuisset. uterq; Saty-

ricus : uterq; in eodẽ scribendi genere uersatur:uterq; uitę mortaliũ formandæ accõmodatissimus est. Enarrabimus itaq; diis bene iuuãtibus Persiũ Satyricum poetã:Cuius opusculũ non minus nobis iucunditatis dabit:q̃ utilitatis:qui non minus gratus erit uobis audientibus : q̃ nobis enarrantibus. Sed ne morosior sit prologus q̃ poema/iã interpretationem ipsam ĩceptabimus. Vos queso diligenter attendite. Dixi.

Oratio dicta apud Rectorem Scholastici cõuentus ineuntem Scholasticã prefecturã.

ORATIO.IX.

m

Aiores nostri q Rẽ publicã Bononiẽsem institutis optimis legibusq; formarũt : cũ uiderent bona animi corporis bonis longe esse anteponenda : Solertissime ac prudentissimæ sãxerũt:ut gymnasia cõstituerentur: quæ essent domicilia doctrinaꝝ : & asyla bonaꝝ litterarũ : in quibus uiri sapiẽtes ac eruditi ingenuas disciplinas profiterẽtur. Sed quia sine gubernatore nauigiũ periclitatur/ Sine auriga quadrigæ pręcipites ruunt/ Sine rectore cũcta labascunt atq; uacillant / Ideo iidem illi conditores annuos gymnasiarchas hoc est præfectos gymnasii litteratorii esse uoluerũt / qui ordini scholasticoꝝ honestissimo pręficerentur/qui cuncta ad scholasticos ptinentia auctoritate regerent/ prudentia pensitarent/dexteritate moderarentur. Mos hic optimus

tanquam per manus posterorum in hodiernum usq;
diē propagatus est: nuprimeq; omniū suffragiis atq;
cōsensu designatus fuit Rector utriusq; scholastici cō
uentus: hoc est tam Italicoꝝ q̄ prouincialiū Vir Ma-
gnificus ac circūspectissimus Thomas Anglicus: uel
ut latine loquar Britannicus/ q & natalibus & familiæ
nobilitate clarissimus est: idem fortunæ bonis opulē-
tus: Animi dotibus excellens: Cui genitale solū An-
glia est: quam maximā illustrissimāq; esse insularum
nullus ignorat: Cui antiquitus albion nomē fuit. quā
mox britaniam nuncupauerunt: a qua omnes uicinæ
insulę Britanię nominatæ fuerūt. Angliam uulgo re-
centiores appellitant. Regio est clara latinoꝝ græco-
rūq; monumētis: fœcunda frugibus. Copiosa pecori-
bus: Referta auri argēti plūbiq; metallis: ex qua esca-
ria uasa generosa olī Romā missitabant: quę Bascau-
dæ ab eruditis nūcupantur. externoꝝ imperiū semper
aspnata: īdigenis conrēta pricipibus. īgenia britānoꝝ
non fraudulenta sed simplicia laudauit antiquitas. In
re militari præstantissimi fuere: nō equitatu modo pe-
ditatuq; pollentes: sed etiā curribus/ quos partim Co-
uinos uocitant/ partim Esseda/ instructi preliabantur/
quo genere pugnę usi sunt aduersum Cęsarem dicta-
torem belligerātes. Inde Essedarii Couinariiq; ab hi-
storicis nominati. In studiis litteraꝝ neq; hebetes neq;
obtusi iudicati sunt/ cū ex aere tēperato īgenioꝝ acu-
mē uegetet/ hic ut opinor exiit illud uulgatissimum;

Gallia causidicos docuit facunda Britannos.
Dies me deficeret: si singillatim minutatimq; recẽsere uellem: quibus dotibus ac bonis fuerit decorata Britã nia: uel ut a neotericis dicere didicimus, Anglia: quæ per longa retro secula multos uiros generosos procrea uit. hac uero tempestate hominem nobis dedit summa nobilitate: summa dignitate summa uirtute prę ditum Thomam: qui hodierno die init magistratum honoratissimum gymnasticæ prefecturæ gubernacula moderaturus: ut nõ solũ pro Rectore sed etiam pro Rectoribus pręsit scholasticis tã Italicis q̃ Prouinciali bus: & instar boni gubernatoris nauigiũ dirigat in portum tranquillissimũ. Ingenui hominis mores, Auita nobilitas, adolescentia modestissima, ꝓbitas circũspecta, Virtus excellens pollicentur ac spondent habituros nos talem rectorem: qualẽ nec probatiorẽ, nec meliorẽ, nec amabiliorẽ optare possemus. Supest ut scholastici omnes ei pręsto sint, ac obtemperent tãquam legitimo Rectori: ut ipsi ab eo tãquã scholastici honora ri mereãtur. Scitũ est illud Domitii Oratoris. Cur ego te inquit habeã ut principem, cũ tu me non habeas ut senatorem? illud corpus bene cõpactum est, in quo ca piti mẽbra consentiunt. illa res pu. optime instituta, in qua deteriores melioribus obsequuntur, ille scholasti corũ conuentus bene moratus beneq; cõstitutus iudicatur, in quo scholastici Rectorem uenerãtur, Rectori pręsto sunt, Rectorẽ tãq̃ ducẽ assectantur. hoc si fiet:

ordo ſcholaſticorum erit apud noſtrates fauorabilior: Rector ipſe uenerabilior: & Gymnaſio Bononienſi priſtina dignitas reſtituetur: quod olim gymnaſiis Atticorum Alexandrinorum atq; Tharſenſium: quæ antiquitas admirata eſt: meruit æquiperari. Te autem clariſſime Rector/non moneo / non hortor. nec enim tu meæ indiges aut monitionis aut hortationis. ſed tuapte ſponte currentem ícito/ſtimulo/impello: ut tutelam gymnaſii gymnaſticæq; dignitatis tota mente ſuſcipias: ſuſceptã ita foueas ac modereris: ut celeberrimus hic ordo ſcholaſticorum tua diligentia: probitate/uigilantia conformetur/augeatur/illuſtretur. non deerunt tibi ſuffragatores ad omnia peragẽda illuſtres principes mei Bentiuoli cum genitore abſente pręſentes filii: quorum fulgorem nuper fortuna paulum obnubilauit: ut purior deinde lucidiorq; eniteſceret. Sicuti Solem uidemus interdum poſt diſpulſam nebulam: poſt diſſipatas nubes: poſt edomitã coacti aeris craſſitudinem fulgere ſplendidius: Radiare flagrantius: Torrere uehementius. Tu magnifice Rector enitere meditare contende: ut expectationi: quam de te concitaſti/ſatiſfacias. id erit tibi tuæq; genti maximo ornamento: & ſucceſſoribus exemplar eſſe poteris ad imitandum. Dixi.

Oratio habita dum Rector Scholaſticus nomine Melior accepit magiſtratus íſignia.

ORATIO .X.

e Gregia res est Viri pręstantissimi atq; lau
dabilis Rebus omnibus administrandis
aliquem præficere : qui cuncta prudenter
examinet : docte dispenset : sapienter ad-
ministret : Cuius nutui ac iussis reliqui obediant/atq;
obsequantur: quem unũ cuncti sectentur ut ducẽ: co-
lant ut principem. Reuereantur ut Rectorem· hoc in re
bus etiã minimis licet ĩspicere. Nauis unũ habet gu-
bernatorẽ: cuius peritię nautæ omnes/ac remiges ob-
sequũtur. Arx unum habet præfectum : qui reliquos
custodes in officio continet : Et nullus ab eius pręscri-
pto uel digitũ trãsuersũ discedere tentat. Et ut ad ma-
iora ueniamus. Nulla ciuitas bene potest gubernari si
ne magistratibus : Nulla castra sine Imperatoribus.
Nulla prouincia sine pręsidibus. nihil est profecto p̃-
stãtius: nihil utilius bono sanctoq; rectore: qui subie-
ctis concordiam suadeat. bonitatem laudet : Virtutes
pręcipiat : & officia capessenda p̃scribat. Merito itaq;
Viri clarissimi laudandi sunt Bononiẽses: qui ĩter reli-
qua sancte prudenterq; instituta hoc in primis sanxe-
runt/atq; ĩstituerũt: ut ornatissimus ordo scholasticorum
Rectorẽ habeat: q sua prudẽtia atq; solertia cũctos re-
geret ac moderaret̃. qui faciẽda p̃ciperet/ uitanda mõ-
straret: sub cuius oculis atq; uigilantia scholastici uitã
in litteris quieteq; traducerent: & illius pręceptis obe-
dienter obsequerentur. hoc cum per multos annos di-
ligentissime in urbe nostra custoditũ sit: nuper quoq;

ut maiorꝶ uestigia custodirentur: Designatus fuit Rector uir pstātissimus / & omni laude cumulatissimus: qui celeberrimo scholasticorꝶ ordini pficeretur: de cuius uirtute moribus atq; præstātia abunde iudicatum esse uidetur: Cū eum non solū pro Rectore: sed etiam pro Rectoribus elegerint / & omnibus suffragiis declararīt: q solus officio fungeret̄ utriusq; rectoris / & illius q Italicis scholasticis pest: Et illius q prouinciales moderat̄. Ego uero Viri circūspectissimi magnope laudo consiliū illorꝶ / q uice duorꝶ pfectorꝶ Vnicū tantum pfectū scholasticorꝶ creādum esse duxerunr. Neq;.n. ulla potestas potest habere consortē: & hoc nobis ipsa rerum natura demōstrat. Rex unus est apibus: & dux unus ī gregibus: & ī armentis rector unus. Vnū grues ducē sequunt̄ ordine litterato. Quid multa? unus est mūdi rector atq; gubernator beatificus īnominabilis ultramūdanus: qui solus cūcta ratiōe dispēsat: uirtute gubernat: nutu moderat̄: Talis itaq; erit in laudatissimo scholasticorum ordine regēdo hic nupus Rector / qualis est ī gubernāda naue gubernator / ī custodiēda arce pfectus / ī regēda ciuitate magistratus / in administrāda prouincia pses. hic cū ī iuuenili ætate Nestoreā habeat sapiētiā / Cū bonitate nomini respōdeat / cū sit ex omni parte laudabilis / oīa illa strenue & diligenter efficiet / quæ magistratui suo acōmodata / quæ clarissimo ordini scholastico conducibilia / quę honori & dignitati conuenientia esse cognoscet. Dixi.

Oratio ad Tribunos Plebis:

ORATIO .XI.

n Ihil mihi Viri clarissimi solet esse iucundius, nihil antiquius: q̃ in celeberrimo cõuentu, qualis hic est, q̃ coram magistratibus, quales estis uos, de Re.pu. capessenda contionari, de qua is quoq; bene mereri uidetur, qui oratione utitur ad animos eorum, qui magistratum ineunt, incitandos, Cotis uice fungens, quæ ut inquit Oratius cum ipsa exors secandi sit: ferrum tamen acutum reddere potest. quamobrẽ hodierno die hoc dicendi munus mihi iniunctum libentissime subiui, & eo quidem libentius, ꝙ de magistratibus, qui sacrosancti, de Tribunitia potestate. quæ amplissima: de Tribunorum iure, quod populare est, mihi dicẽdũ esse uideo. nec ignoro qd hic locus, qd ista cõcio, quid dignitas uestra postulet, & quid me ipsum decere uideatur, quo circa diligẽtissime ꝓspiciam, ut neq; ineptus appareã, neq; nimis effusus, neq; nimis astrictus fuisse deprehendar, & ut ordini Tribunorum satisfaciam pro uirili parte conabor, qui inter cæteros populariũ magistratuum ordines ẽ eminentissimus, quod sacrosanctum collegium haud dubie declarat, maiores nostros multa per se prudentissime constituisse aut accepta ab aliis meliora reddidisse. Nam quanta inter Romanos Tribunos & nostrates, qui ab illis fluxerunt, differentia sit, quęso diligenter attendite.

Romanis discordiæ ciuiles & intestina dissensio Tribunos ple. pepererunt/quando ĩ Sacro monte Romana plebes/quæ a patribus uexata secesserat/peculiares sibi magistratus creauit/Qui tri. plebis nuncupantur. Nobis uero Iura Leges atq; Concordia tribunos ple. tradiderunt. Apud Romanos nemini patritio tribunatum capere licebat utpote plebeium magistratum. Ideoq; Claudius perniciosissimus tri. ple. iudicatus: Qui recta Claudia gente patricia. C. Fonteio homini plebeio se in adoptionem tradiderit/ut tribunatum consequeretur. Atqui apud nos Plebei/Patriciiq; promiscue tribuni designanť/nullo liuore/nulla contentione/nulla discordia. Romæ ab initio tribuni tres tantummodo fuerũt/a quo numero tribunos nominatos Iureconsultus opinatur/uel ut Liuius/Dionysiusq; tradiderunt quinq;/quorum numerus ad decẽ usq; puenit/quibus annua est finita potestas. Nostra autem ciuitas cum in regiones quatuor distincta sit/ex singulis quaterni eliguntor/quoꝵ auctoritas quattuor mẽsium interuallo cõcluditur. ita fit ut quotannis duo de quinquaginta tribunos ciuitas nostra sortiatur/quę cum a Romanis. M. Fuluio. &. C. Manlio consulibus Colonia latina deducta fuerit/in creandis magistratibus & potissimum tribunis religiosior atq; fœcũdior ipsa parente fuisse cognoscitur. Quãto Bononienses beatiores Philippus Macedonum Rex inclytissimus esse dixisset: qui beatos Athenienses nun-

cupabat/q singulis annis Prætores decem cũ imperio crearent/& ex suis ciuibus facillime reperirent. Præterea apud Ro. Tribunorum ple. potestas magis ad impediendum q̃ ad agendum erat accõmodata/ut Plutarchus & Appianus memorię ꝓdiderũt/ & ut Cicero meminit: ita Cõsulibus erãt oppositi. Tribuni: quẽad modũ apud Lacedęmonios Ephori aduersus Reges collocati / Et cum Tribunis ĩtrare curiam non liceret/ ante ualuas positis subselliis Senatus decreta pensitã tes q̃ plurima rescindebant / nec rata esse patiebantur. Cõtra nostri/quæ agenda sunt/agunt/Quę omittenda pariter omittũt: Cõsulibus uero aliisq; magistratibus adeo cõiuncti/adeo connexi: ut ad res q̃ plurimas obeundas illis adiutoribus utantur: & non pauca ex illorum consilio administrare comperiantur. Quanto ergo uester o Tribuni q̃ Romanorum Tribunorum maior est ordo/quãto numerosior/ quãto cõpositior: tanto uos magis eniti decet ac elaborare: ne uirtute ac rebus agendis ĩferior iudicetur. Et quoniam Discordia ordinum uenenum est ciuitatum: quę Romanos/ Tribunos cũ Cõsulibus altercãtes sæpissime labefacrauit: Vos concordiã potissimũ custodite. sit ĩter uos omnes ĩ administranda Re. pu. stabilis & firma consensio. in ore atq; animis uestris uersetur semper Salustiana illa sententia: qua Historicus ille clarissimus demonstrauit/Concordia paruas res crescere. Discordia maximas dissipari: propter quam. M. Agrippa se ui-

rum bonum factum esse gloriabatur. Vobis exemplo sit prudẽtissimũ illud Siluri factum: Qui.lxxx.filiis decoratus cum iam morti proximus esset: Virgarum fascem unicuiq; natorum porrexit iubens: ut illũ con fringerent. Id autem singulis facere nequeũtibus: ipse sigillatim uirgas omnes facile cõfregit: quo callidissi mo cõmento solertissimus pater filios admonuit: eos firmos ac potentes tantisper futuros: dum inter se con cordes & animis conglutinati esse perseuerarent: imbe cilles uero & ĩfirmos: si discordia seiungerentur. O di- uina concordiæ uis: quæ dissipata connectit: infirma corroborat: sine qua magistratus non salutares sed de trimentosi in suis urbibus efficiũtur. Conspirate itaq; tribuni & uno consensu descendite ad rem publicam capescendam: quæ omnibus profecto rebus antepo- nenda est: Cuius causa Marcus Lepidus cum Marco Fuluio Collega: quo die censor factus est: homine ini micissimo statim rediit in gratiam: & simultates ini- micitiasq; deposuit. induite personam publicã: exuite priuatam. Mens uestra præter publicum cõmodum nihil spectet: huc oculos / animum / cogitationes / huc studia uestra conuertite. Aequitatem uero in primis custodite / & Iustitiam amplexamini: Sine qua / ut in- quit Augustinus / Reges Tyranni nuncupantur. Sine qua optimatium consensus factio est / Sine qua nec domus nec ciuitas nec hominum genus uniuersum / nec ipse mũdus consistere potest. Iustitiæ patrocinari

est ipsam uirtutē colere: cuius hęc uis est efficacissima:
Hostem esse atq; inimicū hominum morūq; malorꝝ:
Contra defensorem hominum morūq; bonorum:
Cōmoda præterea Patriæ sibi prima putare:
Deinde parentum: Tertia iam supremaq; nostra.
Quos Lucillianos uersus Tribuni nō solū uobis edi-scēdos sed quotidie ī manibus ī ore ī intimis ꝑcordiis habēdos esse censeo: & sicut Crysippus imaginem Iustitiæ faciendā esse docet: forma uirginali: aspectu uehemēti: luminibus oculorꝝ acrioribus: ita oportet magistratū: qui Iustitiæ Antistes est: esse grauē sanctū incorruptū: contra improbos nocēresq; īexorabilē. enim uero cōcordi & iusto magistratu nihil pręstātius, nihil utilius in bene cōstitura Repu. reperiri potest. Discordi uero & iniusto nihil perniciosius. Concordes duce Iustitia Rēp. seruāt īcolumē. Discordes Iniustitia domināte labefactāt & euertunt. Estote ergo tribuni Iusticiæ cultores acerrimi: & æquo honestoq; patrocinamini. in hoc uersetur omne uestrum ocium, omne negocium: in hoc quies & labor reponatur. in hoc studiū & diligētiā collocatote. sit quoad fieri potest, magistratus uester portus bonorꝝ, scopulus reorꝝ. & quoniā Tribunus popularis est magistratus: populares uos plebicolasq; ꝓbitote: & populi cōmoda pro uirili parte defendite. Cęterū cū plures sint rerum publicarꝝ species, Platone & Aristotele principibus ita tradētibus: Cum sit principatus regius, quā Monarchiā appellant: cum

sit optimatium: quæ græce Aristocratia nuncupatur: cum sit popularis status/cui Democratiæ nomen est: cum sit Oligarchia idest paucoꝝ/quando magistratus a censu eliguntur: Cum sit etiam Tyrranica administratio: uestræ sunt partes Tribuni/uestrũ munus: uestræ est diliqentiæ/uestræq; uigilantiæ eniti cõtendere elaborare pro uiribus: ut principatus huius Vrbis: qui ex Aristocratia Democratiaq; cõpositus ẽ: nulli alioꝝ cedere/nulli postponendus esse uideatur. Tribuni pro populo excubare debent: & munia rei. pu. saluberrima capescere: id quod priscoꝝ Romanoꝝ instituta declarant: quibus nullũ diẽ integrũ Tribunis plebis abẽsse Roma licebat: quẽadmodũ nec prouinciaꝝ rectores extra prouincias abnoctare iura permittunt: ut uidelicet semper p̄sto essent: & si quando opus foret: ne unq̄ eoꝝ opera a plebeis desideraretur. hic etiã ianuæ antiquitus die noctuq; patebant Tribunoꝝ: tãquã portus & refugiũ laborantibus semp paratũ esset: quibus foret opitulandũ: Quietiam Tribuni purpurã minime gestare cõsueuerũt: ut popularis magistratus in omni uictu ac cultu popularibus similis cõspiceretur. Et ut Curio dicere solebat: Tribuno cõuenit prębere se multitudini cõmodum atq; tractabilẽ/& ĩ adeundo se facilem: quod etiam a Iuriscõsulto non solum de Pręside/sed de omnibus quoq; magistratibus dictum esse existimare. debemus. plurimũ ĩ Re pu. adminiſtrãda ualet magistratus; maxima ĩ rebus obeundis est ma-

gistratus auctoritas. quod in oculo pupilla: in naui gubernator: in quadrigis auriga: hoc in Ciuitate pollet magistratus. quemadmodum oculorũ acies sine pupilla hebetatur: Sine gubernatore nauis periclitatur: Sine auriga currus sæpe cõuertitur/Ita sine magistratibus ciuitas labascit atq; uacillat. Quid enim aliud significat magistratus: q̃ rectorẽ ac rei pu. moderatorẽ. Vnde a magistrando.i. moderando Magistratus nomen ipsum deriuatur. Et quẽadmodũ magistratibus leges: ita populo pręsunt magistratus. Et quemadmodum legem dicimus mutũ esse magistratum: ita eleganter & uere dici potest: magistratum legem esse loquentem. Vos ergo Tribuni/qui magistratus estis/& quidem sacrosancti: rebus moderandis incumbite: publica commoda pro uirili portione fouete: & quod rectum erit: id solum utile existimatote: & quod iureiurando astricti facturos uos esse promittitis: Id rebus comprobate. Imprimisq; diuina illa Catonis Censorii uerba semper in memoria atq; in pectore habetote. Si quid uos per laborem recte feceritis: labor ille a uobis cito recedet: bene factum a uobis/dum uiueritis/nõ abscedet. Sed si quid per uoluptatem nequiter feceritis: uoluptas cito abibit: nequiter factum illud apud uos semper remanebit. Ita Tribuni ad benefaciendũ mentem studium operam industriam applicantes Vobis honori: amicis ornamento: Rei publicę utilitati/& posteris exemplo esse poteritis. Dixi.

Ad Illustrissimum Principem Ludouicum Sphortiā Philippi Beroaldi Epistola.

q Vemadmodū Parthoꝝ Regē nemo sine munere salutat/ita ego te illustrissime Prínceps salutaturus attuli tibi ꝑ munusculo Panegyricū/quē lętā frōte ac hilari uultu accipias quęso. Nō.n. minus regia res est parua benigne ac comiter accipe/q̄ magna largiri. Multa ideo p̄ciosa existimātur/qa diis īmortalibus sunt dicata. Libellus hic ad famā fortasse pueniet/qa tuū clarissimū nomen gestat in titulo/Cū alioquin subire posset īfamiā. quicqd id est/qualecūq; est/boni consulito. Et cū ociosus eris ac feriatus ab occupatiōibus reꝝ amplissimaꝝ/qbus iugiter distineris/tūc in manus accipito/& suc:isiuis tēporibus plegito. In sūma cū nihil agerē uoles/hoc agito. Dii faxīt/ut istud sit perpetuū pignus ac monumentū meæ erga te fidei ac obseruantiæ. Vale: & me/qui tibi mancipatus sum/in clientelā ascribito.

Panegyricus ad Illustrissimum Principem Ludouicū Sphortiā. ORATIO .XII.

s Aepenumero ipse mecū dubitaui illustrissime Prīceps Ludouice Sphortia/utrum ne fortuito ac casu principes terris darentur/an ab omni potentissimo rerū omniū conditore Deo traderentur. Sed hæc omnis iam ex

animō ſublata dubitatio eſt: poſtq̄ tu inclytiſſimi Du
catus Mediolanenſis habenas gubernare cepiſti. Li-
quet. n. te Principem diuinitus conſtitutū. Tu ab ipſo
Deo repertus electus atq; miſſus eē uideris ad hoc am
pliſſimū Imperium moderandū: quod aliquādiu Re-
ctore uiduatum labaſſe atq; titubaſſe accepimus: Sicu-
ti cymba ſine gubernatore a procelloſa tempeſtate de-
prehenſa inter fluctus undabūdos agitat̄. Deus itaq;
cū labanti ac nutabundo Inſubriū ſtatui ſubuenire ac
opitulari uellet: Te unū ex omnibus potiſſimū dele-
git: qui tua ſingulari uirtute fulcires titubantia: recrea
res afflicta: ſedares tumultuoſa: qui deniq; cūcta redi-
geres ad tranquillitatem: Non poterat mediusfidius
illuſtriſſimus Dux adhuc pupillus, adhuc puer tutorē
proximiorem, ſanctiorem, cordatiorēq; uſq̄ reperire:
q̄ Ludouicum Sphortiā: qui conſanguinitatis gradu
arctiſſimo coiūctiſſimus eſt ut pote germanus ipſius
genitoris: qui ꝓbitate, innocentia: ītegritate nulli prin-
cipum poſtponēdus eſt: qui prudentia ſolertiaq; tāta
ſplendeſcit: ut cordatus merito cognominari poſſit:
hæc ſummatim & intranſcurſu magis ſignata, q̄ dicta
latius iam explicanda ſunt, & copioſius enarrāda: qđ
ut cōmodius luculētiuſq; perficere poſſim: uellē mihi
a diis īmortalibus dari fluuiū Tullianæ eloquētiæ: &
torrentem Demoſthenis facūdiā. grandes enim mate
rias ingenia parua non ſufferūt: & in ipſo conatu ſub-
inde ſuccūbunt. grandis īmo ingens hæc eſt materia:

quã aggredior. Ingenium mihi perquam mediocre/ nec inficior/uires tenuissimæ. Sed in magnis uoluisse abunde magnificum ac pulchrum existimatur/etiam si assequi nequiueris. Proinde hoc nos ausos esse non improbabis Illustrissime Princeps/ etiam si uires ipsæ defecerit. Cæterũ nõ auspicabimur laudes tuas a cunabulis ipsisq; crepũdiis/sicut nõnulli laudatores factitare cõsueuerunt/nõ stẽmata generosissimæ familię recẽsebimus/de qua melius est tacere q̃ pauca dicere/ non fortunas luculentissimas/ neq; eximias corporis dotes referemus/quę neq; tu magnifacis/neq; ĩter prĩcipes solus possides. nihil nisi propriũ/ nisi genuinũ/ nisi tuũ laudabimus Illustrissime Prĩceps/ hoc ẽ solas ipsius animi tui dotes/quæ in homine sunt bona principalia/cõmemorabimus. nã diuitias generositatẽ/honores/formositatem/uires/hoc est Fortunæ & corporis bona magis circa nos/q̃ in nobis esse scriptores idonei tradiderunt/ & ideo aliena bona nuncupantur. ipsas uero animi uirtutes/quæ neq; ab ætate mutabiles neq; ullo infortunio caducæ/ nostra & uera bona noĩare solemus quæ quidem dotes tanto p̃ciosiores iudicãtur/ quãto maior est ille/in quo enitescunt: quas in te Optime Princeps tanto splendidiores existimamus/q̃to tu inter reliquos principes enitescis/Quæ impr̃sentiarum mihi de laudibus tuis dicturienti agminatim se ingerunt & cateruatim/ ita quęlibet festinabunda se offert/ ut a nobis ĩ hoc Panegyrico prima ꝑmatur/ Quæ res

mediusfidius hesitantem me facit & cunctabundum. Nanq; si cepero de Prudētia tua singulari prædicare: occurret Iustitia: Quæ postponi gemebunda dolebit. Si dixero de Fortudine: tristabitur Tēperantia. Si laudauero Liberalitatem: Frugalitas ipa se cōtemni existimabit. Si Clementiam extulero: Seueritas indignabitur. Deniq; quācūq; primā arripuero: illi cæteræ inuidebunt. ita enim ī singulis uirtutibus emines quasi reliquas non possideas. Ego tamen pro uirili parte ita contendam: ac elaborabo: & tale temperamentū adhibebo. ut singulis: quod suum est: tribuisse uideamur. Sed unde prius ordiar: q̄ a Prudētia: quę ut scribit Plato diuinitus: cæteraꝝ uirtutum dux est: quæ in te adeo fulget atq; splendescit: ut neq; in Nestore maior: neq; in Catone præsentior fuisse credatur: Prudentia cum omnes mortales: tum potissimum prīcipes decet: qui hac duce nihil insipienter: nihil temere in gubernādis subiectis agere neq; uolūt: neq; possunt. Prudentiam Solomon in parœmiis amicam uocādam esse præcepit. hæc tibi est Prudentissime Prīceps amica peculiaris: hęc te dies: hæc te noctes fouet: ac amplexatur. hāc ne transuerso quidē digito abste digredi sinis. hac aurigante habenas imperii consultissime moderaris. hac duce cūcta prudētissime disponis: hac adiutrice nihil in te reprehēsibile cōspicitur. Prudētię germana Iustitia te iugiter comitat̄: sine qua Principes Principū nomen amittunt: & in Tyrāni nomē detestabile trāsgre-

diũtur:quæ si Ciceroni credimus:omnium est domi-
na & regina uirtutũ: ad quã nos esse natos intelligere
debemus:quæ auro p̃ciosior:ut inq̃t Plato:iudicanda
est:Quæ suũ cuiq; tribuit: alienũ nõ inuadit:& ꝓpria
utilitate neglecta publicã utilitatẽ fouet atq; tutatur.
Cuius fruendæ causa uidẽtur olĩ benemorati Reges
cõstituti. Tu uero Iustissime Princeps ius sanctissime
dicis. Et cũcta uelut ĩ librili ꝑpendens omniũ beniuo
lentiam ꝓmereris:audis desideria cũctoꝝ: & tãq̃ alter
Alexander/ex duabus auribus/alterã accusatori p̃bes:
alterã reo tradis. Te nulla largitio/nulla gratia: nulla
cupiditas transuersum trudit a recte cõsulendo recteq;
iudicãdo. adamussim singula pensitas:& controuer-
sias omnis diligentissime componis: nullũ a sermone
tuo tristẽ discedere ꝑmitis:q̃d olĩ Titũ Vespasianũ fa-
ctitasse tradũt. Hæ sũt partes regiæ: hęc sũt munia ĩpe
ratoria: Cõponere lites: decidere negocia: satisfacere de-
sideriis mortaliũ citra odiũ cuiuspiã ac maliuolentiã.
Sũma æq̃tate nec minori lenitate ius dixisse laudatur
Augustus: cui9 tu uestigia ęmulatus seueritati misces
comitatẽ/ & quoddã ex utroq; efficis saluberrimũ tẽ-
pamẽtũ/habes horas quotidianas & statas/q̃s audiẽ-
dis cõtrouersiis ĩpendere memoraris/q̃bus tã humili q̃
potẽti/tã egestoso q̃ luculẽto licet ad te adire/d̃sideria
expromere/& lites explicare/ & ꝓfecto nihil p̃stabilius
eẽ põt & potissimũ ĩ Prĩcipe/q̃ habere tẽpora disticta/
& horas negociosas a feriatis sequestratas. ut.n. certus

ſyderum curſus:ita uita hominum diſpoſita delectat: & principũ præſertim. Nãq; inde efficitur: ut ciues ac ſubiecti minime totos dies conterant:dum colloquiũ principis aucupantur. Nouerunt tempora. Nouerunt horas horarũq; mométa:quibus poſſint apud te ſuas controuerſias enarrare / & petitiones exponere. Cæterum cum principales uirtutes ita inter ſe cõnexæ ſint: prout philoſophi autumant:ut inuicẽ nequeãt diſſociari:ita in te prudentia & iuſtitia inclytiſſime princeps effulgent:ut tamen & fortitudo & temperãtia nõ ſordeſcant.nam quãta fortitudine præditus eſſes in ęrumnis exanclãdis haud dubie demõſtraſti. Et.n.cum fortitudinis peculiare munus ſit tolerãter calamitates ꝑpeti:neq; rebus aduerſis ſuccũbere: Tu olim fulminibus fortunæ impotẽtis ſemiuſtulatus uirũ te fortiſſimũ magnanimũq; præſtitiſti:Cũ neq; Fortunæ cederes:neq; aflictus iaceres:neq; ĩ gurguſtio plorabũdus ingemiſceres.Immo quẽadmodũ nemo te unq̃ in rebus ſecundis ſuperbũ ac inſolentẽ conſpicatus eſt : ita aduerſis nullus unq̃ ſuccubuiſſe cognouit. Voluit mihi crede Fortuna pauliſper tecũ colluctari : ut ingeniũ tuũ piclitaretur. Sicut.n.ignis aurum probat:ita calamitas uiros fortes explorat:& ut aduerſa ex ſecundis / ita ex aduerſis ſecũda noſcũtur. cognitũ in te eſt fortiſſime Prĩceps Oratianũ illud Eulogiũ eẽueriſſimũ. Si fractus illabatur orbis Impauidum ferient ruinæ. Quanta uero dii boni in Ludouico Sphortia Tem-

perantia moderatioq; florescit / qui in mediis delitiis collocatus Delitias non amplexatur / qui inter sexcenta milia uoluptatũ positus abstinet a uoluptatibus / q̃ inter incẽtiua libidinũ / instrumẽtaq; luxuriãtis Fortunæ castum agit Principem & frugi.
Ardua res hæc est opibus non tradere mores /
Et cum tot Cresos uiceris : esse Numam.
Curiũ atq; Fabriciũ duo Romanę frugalitatis exẽpla maiores nostri laudibus extulerũt / q̃ paruo cõtenti uixerint / & frugalissimi ĩter Romãos extiterĩt. Verũ nulla uel minima laudatione illi mihi digni esse uidẽtur / qui ĩ pauptate collocati egestosis similes uiuere / & iubente necessitate uoluptates eliminare cogebãtur. Sed da mihi aliquẽ Creso aut Midæ diuitiis æquipandũ: qui opibus afflues / auro abũdans / qui pollẽs ac potẽs frugaliter uiuat / q̃ abstinẽtiã appetitionibus cohercendis adhibeat / q̃ bellũ titillãtibus uoluptatibus indicat / illũ Deo simillimũ iudicabo. adeo male cõueniũt maleq; coeũt Virtus & Voluptas / Frugalitas & Luxuria.
Maxima est igit̃ in te hæc uel potius diuina Virtus in sũma peccãdi licẽtia nõ peccare / inter Blãdissimas ac illicibiles uoluptates cohibere se ipsum / & appetitum obediẽtem efficere rationi. Quid ergo præstãtius / q̃d admirabilius excogitari potest Pricipe prudẽtissimo / iustissimo / fortissimo / temparissimo? Quæ q̃dẽ uirtutes cũctarum reginæ uirtutũ ĩ paucissimis principibus iugatæ conspiciuntur. Aliquis Prudentia enituit : Sed

Iniustitia obsoleuit. Alium Fortitudo decorauit: Sed Intemperātia ac Libido dehonestauerūt. Deniq; nulli uel rari extiterunt: in quibus quatuor istę Virtutes simul enitescerent. Atqui nemo admiretur: si nūc Prudentiam a Iustitia: Fortitudinē a Temperātia: Aliaq; ab alia ita seiungā: quasi possit qsq̄ Prudens esse citra Iustitiā: Fortis citra Tēperantiā: cū inter Philosophos & maxime Stoicos cōstet: qui unam habuerit omnes habere / Et q una caruerit / omnibus carere uirtutibus. Alia ē illa philosophoꝝ limata & nimis spinosa subtilitas: Alia ē ex cōmuni opiniōe ducta sentētia. ut ergo uulgus: ita nos hoc loco sermocinamur: ut alios iustos / alios prudētes eē dicamus: popularibusq; uerbis utimur de populari opinione loquētes. Sed ut ad te ꝑfectissime Prīceps nostra remigret oratio: Sicut quadriga illa uirtutū prīcipaliū te uehere ac gestare existimatur: qđ quāpaucissimis dii dederūt: ita illę quoq; Virtutes / quæ minores dicunť: te ornatū faciūt atq; monstrabilē. Clemētia: Liberalitas: Indulgētia / affabilitas. Reliq̄q; id genus / quę prīcipes amabiles efficiūt atq; fauorabiles / quæ populos reddunt fideles deuotos ac mācipatos. Eniuero Clemētia / ut elegāter docet Flauius uopiscus / Dos prima ē Impatoꝝ / & nullū magis ex oīb9 / ut sanctissime īqt Seneca / q̄ regē ac prīcipē decet / hęc ē illa uirtus / quā ī Cęsare dictatore luculēti scriptores laudāt & extollūt. q̄ prīcipes oēs exupasse ferť. Vnde Cicero ad Cæsarē / nulla inqt de uirtutibus tuis

plurimis / nec gratior / nec admirabilior Misericordia est. nihil ꝑfecto laudabilius / nihil magno & p̄claro uiro dignius placabilitate atq; clemẽtia. nihil deniq; gratius eẽ pōt eo Pricipe: q talem se ciuibus exhibeat: quales sibi Deos eẽ uellet. Clemẽtia regis: ut ait Solomō: quasi imber serotinus est: Clemẽtia facit: ut princeps animus ciuitatis / ciuitas corpus pricipis eẽ dicat̃. Clemẽtia facit: ut tu clemẽtissime Priceps certatim ameris ab oĩbus. te. n. incolumi una mẽs oĩbus: clemẽtiæ tuæ ac ciuilitatis multa & magna documenta p̄buisti. Clemẽtia ita te gratũ ac fauorabilẽ ĩsubribus reddit: Sicut olĩ Augustũ Romanis effecit. Tu natura beniuolẽtissimus: tu ĩdulgentissimus: tu deniq; optimus clemẽtiã ãplecteris: quæ bonis pricipibus iucũda ẽ. Crudelitatẽ detestaris: qua sanguinarii Tyrãni ꝑ uoluptate fruunt̃ Age uero q̃ mũificus q̃ liberalis erga oẽ hoĩum genus existis. Quãta beneficiẽtia quãta benignitate foues ꝓfessores artiũ & ĩgenia litteratoꝝ. nihil ẽ mehercules in pricipe amabilius ip̃a liberalitate: sicuti nullũ uitiũ tetrius auaricia. A liberali pricipe cũcta bona spant̃. ab auaro cũcta mala timẽtur. Munificus Princeps carus est oĩbus: Sordidus & deparcus ĩuisus est oĩbus: ĩ oẽs malus: ĩ se pessimus: At tu Liberalissime Priceps & rei & famę bene cōsulis tua Munificẽtia. Lucraris. n. gloriã: cũ des pecuniam: & dando pecuniã te ip̃um ditas: cũ id ꝓprie pricipũ esse dicat̃: qđ dono dederũt / iuxta illũ Rabirii Poetę uersiculũ. Hoc habeo qđcũq; dedi.

Optimi prícipis ẽ nihil magis ſuũ credere : ꝙ id quod amicis cõdonauit. hæ ſunt certe diuitiæ:& extra fortuñã collocatæ. hi ſunt theſauri:qbus Cyrus ille clariſſimus gloriabat̃. Nã ut apud Xenophõtem ſcriptũ eſt: theſauros ſibi cuſtodeſqꝫ fidiſſimos parabat amicos: quos diuites efficiebat: Iidẽ regis oculi: regis aures dicebant̃:q cũcta/quę uidebãt:cũcta/quę audiebãt/quę futura eſſent Cyro cõducibilia referebãt. Multæ ſunt aures:multi ſunt oculi principis munifici:q quot amicos ſibi liberalitate compauit:totidẽ auribus/ quæ audiẽda ſunt/audit: Totidẽ oculis/quæ uidenda ſunt/uidet:ut docet ueriſſime Dion. Tu quoqꝫ Cyro ſimillimus beneficẽtia multas aures & multos oculos tibi cõpaſti:& quotidie nouos cõpas. Tu amicos ditas: cliẽtibus opitularis. Tu decus & ꝑſidiũ es eruditoꝝ: ad te tãꝙ ad anchorã hac tẽpeſtate litterati decurrũt. & ꝑfecto nihil melius agere poſſunt optimi prícipes:ꝙ ſubleuare doctos/fouere eruditos : quoꝝ ſcriptis ímortales efficiũtur. Quis. n. noſcet Cæſarem immo Cæſares ꝙ plurimos:niſi Suetonius Tranquillus extitiſſet ? quis Alexandrũ Macedonem fuiſſe ſciret:niſi. Q. Curtius & Plutarchus illius geſta ſcribẽdo poſteris lectitanda reliquiſſent? quis Scipionẽ immo uero Scipiones / qs Cn. Pompeiũ tribus fulgentem triumphis hac tempeſtate cognoſceret ? niſi Titus Liuius & . M . Tullius eorum commendatores laudatoreſqꝫ fuiſſent. Deniqꝫ Romanos/Gręcos/ & externos omnis nonne tenebrę

occupassent/& situs obduxisset/nisi illos luculenti scri
ptores in litteras retulissent: bene igitur facis Optime
Princeps/qui litteratos amas/qui eruditis suffragaris
q tibi cumulatissimã gratiã referre queũt/de te scriben
tes/& tua preclara facinora celebrantes. Illud uero in te
laudabile est/q̃ ĩter tot curas/tot negocia/tot domesti
cas & externas rerum maximarũ occupationes audire
uis quotidie quippiam historicon ac memorabile. &
sicut. Cn. Põpeius & Cæsar Augustus ĩter bellicos tu
multus nõ ĩtermisisse dicũtur cõsuetudinẽ declamã
di: ita tu ĩter multiplices curas nõ ĩtermittis studia lit
terarũ. cũ negociis ociũ diuidis/ & historicis lectitãdis
succisiuas horas ĩpẽdis/ ĩ quorũ lectiõe tãq̃ ĩ diuerso
rio suauissimo cõqescis. ita nullo tẽpore desidiæ te de
dis aut ĩertiæ/neq; unq̃ marcore torpescis/& certe uita
bonorũ prĩcipũ/qualis es tu/cœlesti naturę q̃ simillima
esse creditur. ut. n. ĩdefessa uertigo cœlũ rotatur Sol &
Luna stare loco nesciũt/ita tu cõtinuatis negociis sem
per irrequietus es/& semp exercitus/semper habes/qđ
tractes/quod agas/quod mediteris. Et cũ sit turpissi
mũ uiro primario: cuius tutelæ populi cõmissi sunt:
solidã dormire noctem: ut ab Homero elegantissime
traditũ est/ Tu uigilãtissimus es somniq; pcissimus.
Qualis Vticensis Cato/qualis Brutus fuisse memo
rantur. Vigilas tu de nocte: & cæteris dormiẽtibus ea/
quæ ad statum publicum pertinent/tunc optime pro
uides/ & solertissime pensitas. Vigilia & lucubratio

Principes decent/ac Rempu. gubernantes. Nam So-
mnus multus/ ut tradit Plato uerissime / nec corpori-
bus nec animis/neq; rebus omnibus gerendis natura
cõducit/& haud dubie nemo dũ dormit alicuius ptii
ẽ/nõ magis q̃ si nõ uiueret/& ut cecinit optime Silius.
Turpe Duci totam somno consumere noctem.
Inde parcus & breuis somnus in Traiano laudatur a
Plinio. Sunt hæc magna & admiranda in cæteris prĩ-
cipibus. In te uero Illustrissime Prĩceps/si ceteris uirtu
tibus tuis compentur / erunt mediocria. Laudamus
omnes tuã ĩ colloquiis affabilitatem/in oĩbus admit-
tendis facilitatem. In negociis componendis dexteri-
tatem. Et illam qua in primis polles genuinã/peculia-
rẽq; facundiã/quæ oĩa principes tutoresq; publici sta-
tus: a ciuibꝰ amari faciũt ultra priuatas necessitudĩes.
Laudat Cicero Põpeiũ / ꝙ ad eũ faciles aditus essent
etiã priuatoꝝ. Tu uero qbus præconiis laudari mere-
ris Mitissime Prĩceps: qui oĩbus etiã humillimis tã fa
ciles aditus eẽ uĩs/ut q dignitate principibus excellis:
facilitate infimis par esse uidearis/ Et cũ fœlicium pe-
dissequa supbia eẽ dicat: Tibi mãsuetudo/tibi huma
nitas/tibi lenitas ãcillari uident. Neq; te Moses apud
Hebreos; neq; te Titus apđ Romanos comitate uin-
cunt ac mãsuetudine. Tu cũctos comiter excipis. Tu
bonitate quadã genuina oẽs tibi deuotissimos reddis
ac obnoxios: in summa agis principẽ ciuilẽ & bonũ:
qđ plausibile/qđ amabile/qđ fauorabile est. nihil ẽ.n.

ut inqt Cicero: tã populare q̃ bonitas: nullus murus firmior: nulla arx ualidior eẽ põt ad prĩcipes custodiẽdos: q̃ suorũ ciuiũ beniuolẽtia: hæc aũt cõciliat͛ mãsuetudine ac bonitate. Detestãda est ꝑfecto Dionysii Tyrãni sentẽtia illa tyrãnica/ Adamãtina uicula eẽ metũ/ uiolẽtiam/ Classem/ & dena milia armatorũ. imo beniuolentia: mãsuetudo. gratia/ affabilitas/ ut Plutarchus ait/ uicula sũt adamãtina/ qbus principẽ oportet eẽ septũ atq; stipatũ/ & cũ bõus prĩceps amari malit q̃ timeri/ Tu ꝑ uirili parte cõtẽdis ac eniteris/ ut amicis sis iucũdus ciuibus carus/ apud oẽs gratiosus & amabilis. Neq; tñ/ qđ pleruq; fierri solet/ ista tua ĩmodica ciuilitas te cõtẽptibilẽ facit. ĩmo tãta auctoritate polles: tãta existimatiõe/ decoraris/ ut multa p te/ nihil sine te ĩ tota gerat͛ Italia. Longũ eẽt ac ꝑpe ĩfinitũ/ si singula quæ ĩ te fulgẽt ornamẽta uirtutũ minutatim singilatimq; recẽsere uellemus. Magna ĩter te & reliquos principes differentia est. ĩ illis uirtutes siquæ sunt/ enormibus subinde uitiis obruũtur ac decolorãtur. Tu uero quemadmodũ fœcũdus es uirtutũ: ita parcus es uitiorũ. Nõ tu luxu ac ĩtempãtia defluis: nõ iracũdia agitaris/ nõ cupiditatibus distraheris: nõ affectiõibus ãcillaris/ qbus rebus obnoxii ac mãcipati principes esse consueuerũt/ ꝑpterea q; ĩ licẽtia magna peccãdi cõstituti se ipos cohibere nõ possunt: & impiosissimas appetitiões cohercere. Vñ olĩ a scurra nescio quo bñdictũ ẽ: bonos prĩcipes in annulo posse ꝑscribi atque depingi. Et Diocli-

tianum dictitare solitũ accepimus : nihil eẽ difficilius q̃ bene imperare. boni pricipes a Ioue imperium habere dicuntur: mali uero minime. principes boni in beniuolentia Iouis sunt: mali uero nequaq̃: & hæc est Homerica sententia: Cui Dion Prusensis asti ꝑulat. Itaq; cum tu Ludouice Sphortia inter bonos principes sis optimus: iter optimos clarissimus: Merito te a Deo ultramundano datum esse credimus: & tibi uersiculum illum optime conuenire existimamus.

Solus habes laudum quicquid possedimus omnes.

Ea in te habũdãt bonitatis & uirtutis exempla: Quæ sequi cupiat uentura posteritas: apparent in te paternæ uirtutis expressa uestigia: patrẽ ĩ filio recognoscimus: & quemadmodum in iuuencis & equis parẽtũ uirtus subinde conspicitur / ita in Ludouico Sphortia uiua paternæ probitatis imago refulget. ita prorsus paternas uirtutes effingit ac rep̃sentat: ut patris ĩ filio æquitas: Senilis ĩ iuuene prudẽtia cõspiciãtur: imo ut quæ sentio / eloquar: filius ĩ multis genitore maior existit:

Aegea sic Theseus: sic Pelea uicit Achilles:

Has tantas principis nostri uirtutes / ex quibus compactus ac conglutinatus esse creditur / ornat & illustrat procera statura : facies luculenta : os probum : frons uerenda / & uultus amabilis : quæ & si sunt corporis bona non animi : de quibus tantummodo me dicturum esse promisi : tamen Principi plurimum uenerationis acquirere & Virtutes in Principe

gratiores efficere uidentur:quoniã ut inquit Pacatus: Virtuti addit forma suffragium. Et ut cecinit Poeta. Gratior est pulchro ueniens in corpore uirtus.
Solent q panegyricos scribũt: destituti ueris principũ laudibus uanas laudationes cõminisci. Ego uero Illustrissime Prĩcips ex tuis q̃ plurimis uirtutibus multas cogor p̃terire:ne in immẽsum crescat oratio: Citius.n. mihi uerba deessent:q̃ scribendi materia: Citius articuli digitoꝶ scribendo lassescerent:q̃ cũcta in te laudabilia pscribere possem. Quo circa cõcludam deinceps orationẽ meã/& Epilogo religioso Omnipotẽtissimũ rerũ omniũ cõditorem Deũ deprecabũdus adorabo.
Sũme & exuperãtissime mũdi opifex principio antiquior: fine diuturnior: Cuius numẽ ĩeffabile est:& maiestas innoĩabilis: Te oro/ac p̃cor: ut Ludouicũ Sphortiam prĩcipẽ optimũ ac ĩrreptehensibilẽ diutissime foueas ac tuearis: ut ei ãnos Nestoreos largiaris: ut eius uotis annuas: ut eum beneficiis tuis cumules/ornes/illustres. Tu uero Optime Prĩceps perge/quo cepisti: nitere semper ad optima/ Esto tibi ipse archetypon & exemplar: Te ipsum imitare: ita ciues tuos ex malis bonos: ex bonis optimos efficies. Nã uita principum censura est: & qualis princeps: tales reliqui ciues esse solent. qui ad illius exemplum componũtur. ita apud mortales ĩmortalem tibi famam comparabis: & post obitum ĩ Cœlo inter beatorum domicilia locum sortieris: ubi Beatissimus æuo sempiterno perfruaris.

Ad eundem eiusdem Epigramma.

Hesperios inter ductores Inclyte Princeps:
Principe quo status hic sospite sospes erit/
Imperii Columen/ rereum tutela/salusq;/
Eximia proauos qui probitate refers.
Suscipe pacata deuotum fronte Clientem/
Mancipiumq; recens/Seruitiumq; foue.
Sunt tibi complures ex omni parte diserti/
Est tibi Pierius turba uerenda Chorus.
Inter quos cupio numerari Maxime Princeps/
Inter quos unum da mihi quęso locum.
Non erimus certe indecores/nec rustica nostra est
Calliope/& nobis dexter Apollo fauet.
Accipe sinceri munuscula parua Philippi
Inspice si quid inest/quod placuisse queat.
Post lites/& post decisa negocia rerum/
Post bene formatum/compositumq; Statum/
Tunc liber uacuusq; meum percurre libellum.
Atq; hilari nugas perlege fronte meas.
Sexquihoram scriptis nostris impende: Sed hora
Sufficit.hoc nimium est/subtrahe dimidium.
Vix legere incipies succincti scripta Libelli/
Pagina principium prima modumq; dabit.
Iamq; uale/uiuasq; diu Mitissime Princeps/
Et superes Phrygios Nestoreosq; dies.
Dii tibi dent/quodcũq; cupis/quodcũq; mereris/
Dii mihi dent/cupias ut meminisse mei.

Ad Magnificum & ornatissimum Virum Bar-
tholomeũ Chalcum Ducalem secretarium
Philippi Beroaldi Bononiẽsis
Epistola.

o Pusculum de nuptiis Bentiuolorũ:quod
nuper excudi tibi Vir pſtantissime dicare
constitui:quem nõ solum studiorum/sed
etiam studiosorum amãtissimum cognoui:
qui me istic ociantem summa tibi beniuolentia copu
lasti:ad quem tanq̃ ad anchoram litterari decurrũt:&
quia/ut est in ueteri prouerbio:docti doctos amant/tu
eruditus eruditos foues:& de litteratis litteratus opti-
me mereris: Te ob singulares tuas uirtutes Illustrissi-
mi Principes tui Auricularĩũ a secretis & omniũ arca-
norum participem esse uoluerunt. Te ordini scribarum or-
natissimo præfecerunt:Tu Archigrãmateus nũcupa-
ris. Accipe igitur Vir Clarissime eo uultu libellũ nu-
ptialẽ:quo nuptiales uoluptates spectare solemus:& si
scio quosdã obtrectatores caparata fronte hæc esse lectu
ros:quibus nihil placet nisi triuiale:quibus ita respon
dere iure optimo possum. Significãtissimis uocabulis
cuncta pro uirili parte enarrare contendimus:& uerba
rebus accõmodare:quę rerum causa inuenta fuerunt:
quæ si uobis subobscura uidẽtur:nõ est hæc mea/sed
uestra culpa:qui nihil unq̃ luculentũ/nihil nisi protri-
tum lectitatis: qui duobus tribusue ad summum li-
bellis contenti reliquos scriptores non attingitis/&

nihil latinum esse creditis: nisi quod in uestris uulgatissimis uoluminibus didicistis. At nos latine scribimus: & uerba ex latinissimis scriptoribus sum pta depromimus. Nolite edentuli inuidere dentatis: nolite oculatos Talpę cōtemnere. q̄ cœcus lucem non uidet: non est uitium solis/ sed oculorum: q̄ uos scripta nostra non ītelligitis: & ob id ipsum culpatis: nō est scriptoris uitiū sed lectoris: Neq; nos Tarentinis & Cōsentinis scribimus: ut ait Lucillius: sed eruditis: quoꝝ iudicio contentus: quid de me imperitorū rumusculi iactitent floccipendo: & ut inqt Epigrammaticus poeta Me raris iuuat auribus placere. Me scriptio non triuialis sed erudita delectat: quæ neq; ꝑ periodos/ neq; per longos uerborum ambitus/ sed uerbis significantibus & propriis cuncta exprímat ac effingat. Hęc obiter dicta sint aduersus Vituperatores: qui obtrectatione alienæ scientię sibi famam aucupātur. Tu uero Vir Pręstantissime cum facultas tibi dabitur paulum respirādi ab occupatiōibus/ quibus iugiter distineris: libellū a Philippo tuo concīnatum in manū summito: & ubi sumpseris perlegíto: & ubi perlegeris iudícato/ utrum ī publicum prodíre mereatur/ an potius quod timeo/ sit futurus pabulum tinearum. Vale decus meum & me/ qui tibi mancipatus sum/ mutuo dilige.

Quot celebrata fuít genialis pompa diebus/
Per totidem scripta est hęc mihi pompa dies.

Philippi Beroaldi Bononiēsis Nuptiæ Bētiuolorum.

g Entem Bentiuolorum multos iam ānos Bononiæ florentissimā honoratissimāq; fuisse adeo notū est: ut res probatione nō egeat. in qua multi insignes clariq; homines extiterunt: quorum multa egregia merita in R. P. Bononiensem quotidie cōmemorantur / sed omnium clarissimus / etatis nostræ uir extat Ioānes Bētiuolus: familiæ illustrator / patriæ splendor / ciuiū columen / domi forisq; fauorabilis / cūctis Italię prīcipibus aut amicitia aut affinitate copulatus / in quo deniq; omnia sūt quæ aut fortuna hominibus aut natura largiuntur. Is nuptias filii primogeniti Hānibalis celebraturus / ut essent omnium nuptiarum magnificētissimæ / eas per ęstiuum tempus utpote cōmodius conficere decreuerat. Sed Hercules Estēsis Ferrariæ Dux illustrissimus cū filiam Lucretiam Hānibali desponsatam iam nubilē ac uiro maturam esse uideret / cūq; peregrinationē religiosam extra Italiam pararet / ut nuptiæ maturentur / instabat: & omnē procrastinationē detrimentosam eē asseuerabat. Quāobrem Princeps Bentiuolus cōsiliū mutat / & ex cōsoceri sententia nuptialem festiuitatem diebus brumalibus parat / quāquis nō pauca dehortarentur / Et in primis festinatio magnis apparatibus semper infensa. uerum multa / quæ impedita natura sunt / consilio expediuntur / & summæ uirtuti summæq; fortu-

ne nihil factu difficile est. Igitur indicto per preconem publicitus die nuptiarum: q dies erat futurus ad quitum Cal. februarii, ea Bentiuolus intra bimestre spaciũ factitauit: quæ prĩceps alius ãnuo tẽpore facerẽ nequisset. Quæ oĩa speciatim generatimq; explicare ꝓ uirili parte conabimur. Primũ omniũ forũ, qđ ante bentiuolorũ aeđs erat pquã ãgustũ: ut laxi9 fieret, ꝓximas domos a possessoribꝫ emit, emptasq; demolitꝰ: idq; spaciis tẽporũ iniqs exclusus cũ silice sternere non posset, asseribus cõtabulat. iubet & opimentũ laneũ p sarcinatores cõcĩnari ad forũ cõtegendũ: ut sub eo nuptiales luxus spectatores salubrius ociosiusq; cõtẽplarẽtur. Idẽ domũ, quæ alioqn pulcherrima est, & cũ laudatissimis totius Italię domibus certat: magnifice exornat. parietes oẽs intrinsecus inducto tectorio nouo leuigantur: columnæ quæ ĩ pistylo striatæ sũt: marmoreis similimę efficiũtur: fenestrę, mutuli, suplimĩariaq; hostiorũ tota inaurantur: Quæ imperfecta sunt absoluũtur: Squalẽtia recõcĩnantur: ubiq; pictor, ubiq; materiarius, ubiq; architectus conspiciũtur. feruet p totas bentiuolorum ædes apparatus nuptialis: conclauia oĩa, atq; cubicula tapetibus stragulaq; ueste cõsternũtur. ornatꝰ & lectus genialis ĩ thalamo sponsi magnificẽtissime. Dii boni qualis ille q̃q; ꝑclarus apparatus: quo exornatũ est cubiculũ principi Ferrariẽsi destinatũ: Hic Conopea aurea, Lodices regales, cõchiliata Peristromata uisentiũ oculos pascebant gratissimo spectaculo, ipsum uero

Triclinium, in quo fieri debebat nuptiale conuiuium: reliqua antecellit ornaméta: hic toti parietes belluatis Peripetasmatibus uestiuntur. supra Peripetasmata coronamenta miro artificio concinata disponūtur: ī quibus īsignia Italicorum Principū summo cū decore īclusa uisebantur: In eodem cenaculo tabulatū fit paulum accliue tapetibus stratis oppertū: ubi prīcipes procerésque illustriores una cū sponsa discunberent. erigitur & Abacus, in quo uasa aurea & argentea uarii generis preciosissima exponuntur: hic potoria gémata: hic lances ex argento quīquagenariæ: hic escaria ex auro cū emblematis faberrime celata. hic quicquid uascularioꝝ ac celatoꝝ probatissimoꝝ arte perfectū est: eē diceres: adeo ut Mentoris manu cuncta fabrefacta uiderētur. huic Abaco appositi erant custodes duo ad hominū effigiē formati: alter claua, alter falcato ense propinquātibus minitabātur. hūc Machęrophoꝝ. illū Corynephoꝝ nō īdocte nūcupaueris. fulgore huius abaci reliquus perstringebatur ornatus: quem ornamēti causa magisquam usus effecerant: nāque ī alia domus parte alter erat Abacus concinnatus. in quo cōuiuialia uasa īnumera erant collocata: quoꝝ usus erat futurus ad coepulones accipiendos. Dū hęc intra ędes strenue properātur: forinsecus nō minora efficiuntur. nā a domo prīcipis Bentiuoli ad portā usque Galeriā quam uocātque illac uentura erat sponsa: multiplici ornamentoꝝ genere cuncta condecorantur: Domus senio collabētes reficiun-

tur:parietes ad libellã reformantur.columnæ lapideæ ad perpẽdiculum exiguntur: Cives ipsi per eum uicũ certatim ornamenta parare. Sub dio sub porticibus ꝑ intercolumnia coronæ ex herbis uirentibus consertas suspendere:uestibula ędium Myrto Lauro Hederaqꝫ uestire: Multa topiarii opis egregia coronamẽta conficere:ĩ quibus ĩsignia Bentiuoloꝝ inclusa cũ uenusta/te uisebãtur. diceres hostiatim celebrari nuptialem fe/stiuitatẽ. Deniqꝫ in hac ciuitatis regione nõ brumalis rigor sed uerna tẽperies uideri: hic buxus/hic iunipus uirescere:hic multiiuga species herbescẽtis uiriditatis. Totum iter florulentũ ad Viridarii consiti speciẽ gra/tiã uiroris recẽtissimi præ se ferebat:ut nõ solum pere/grini sed etiam nostrates admirarentur cõtemplantes tantam alieno tempore copiã Viridioꝝ.Præterea Bẽ/tiuolus machinatores optimos / & topiarios artifices probatissimos acciri iubet:q solertia quadã genuina/miroqꝫ artificio præditi noui generis ornamẽta exco/gitarũt:ex qbus unus nomine Zephiranus. q nõ mi/nus facetus est scurra q̃ artifex ingeniosus:septem por/tas ligneas affabre cõfecit:quæ picturatæ & fruticibus herbisqꝫ uiridantibus decoratæ exornabant uiam nu/ptialem interuallis prope paribus inter se distantes ad imaginem portaꝝ urbicaꝝ:nisi quod Cataractas non habebant.sed illa quæ ędibus Bentiuolis/erat ꝓxima reliquas decore uincebat:ĩ qua simulactũ Herculis cũ Leone cõgrediẽtis uisebatur aspectu truci formidãdi.

uisebatur & e regióe altera Herculis effigies repullescẽtia hydræ capita amputantis. Cæterũ cũ nihil i omni uita pulchrius sit ordine/sine quo nec militarem disciplinam Imperatores ualent explicare: nec gubernatores regere nauigia: Bẽtiuolus ut oĩa sint dispositissima ꝓcurat. nã homines idoneos deligit. iter quos dispartita sint officia nuptialia: ne qd tumultuosæ perturbationis oriatur. hunc Lectisterniatorem esse iubet: illum Obsonatorẽ: hũc Pręfectũ Popinarũ: illũ Bellariorũ. alius promus/alius cõdus designatur: est qui procurator peni constituatur: est qui cellæ uinariæ pręficiatur: ita unus quisq; curando/qđ suũ est aliena non turbat. in primis iuuenes numero sex &.xx. ex nobilioribus ditioribusq; nostræ ciuitatis deliguntur: q sint Architriclinii/siue symposiarchas dicere malis: quos uulgus sescalcos appellat. Vtẽdum est enim popularibus uerbis ad rem popularẽ declarãdam. ex his singuli senos ministros eligere iubẽtur: quorꝫ opa naua & strenua ĩ conuiuiis nuptialibus utantur. ex hoc Architriclinorꝫ ordine nullus fuit/qui non impendia prope regalia fecerit: & ĩmẽsas pecuniarum summas protuderit: dum se quisq; suosq; ministros nuptialibus uestimẽtis exornat. designãtur & sex alii Architriclini maiores quĩ dicunt̃/oẽs fere ex ordine senatorio: ꝑterea adolescentuli octo luculenti sũmoq; genere nati euocantur: quibus iniunctũ est: ut sponsam ĩtroeuntẽ a porta domũ usq; deducant instar stipatorum: quos prisci laterones

nuncuparunt. Et quoniã aduenarũ ad nuptias celebrã
das uẽturorũ înumera multitudo expectabat̃ :ordinat
Bentiuolus: ut oẽs honorificẽtissime cõmodissimeq́
accipiãtur. In domibus ciuium ornatioribus hospitia
magnificẽtissime parant̃ : & pro diuersorii amplitudi
ne alii plures / alii pauciores assignãtur. Iã cũcta appa
ratus nuptialis diligẽtissime cõparauerat. Iam appete
bat cõdictus dies festiuitatis: Cũ sponsus ad cõiugale
fœdus cũ sponsa ineundũ Ferrariã proficiscitur comi
tatu prope regio decoratus. ducenti ferme euntẽ prose
quũtur: inter quos supra uiginti haud dubie nobilissi
mi: & ipsius spõsi frater minor natu Prothonotarius.
nos quoq́ discipulũ officii causa sumus prosequuti:
oẽs magnificẽtissime accipimur a Prĩcipe Ferrariẽsi:
ibiq́ biduũ cõmoramur / donec celebbent̃ ex ritu fœ
dera nũptialia: & annulo ꝓnubo digitũ sponsæ spon
sus oppigneret. ãboq́ Sacerdoti a Paranymphis offe
rant̃. qbus rite pactis domuitionẽ capessimus aliquot
ex primioribus cũ Prothonotario relictis ad sponsam
prosequendã. Cũ genero socer auliciq́ interiores na
uem conscendũt nocteq́ intẽpesta appellunt ad Præ
torium Bentiuolum quod uocãt: quod magnificen
tissimum pulcherrimũq́ in agro Bononiensi Prin
ceps Bentiuolus extruxit: distatq́ ab urbe millibus
passuum decem. Postridie eius diei Bononiam ingre
dienti Herculi Hestensi obuiam it Bentiuolus comi
tante maxima caterua Virorum splendidissimorum

non solum nostratium sed etiam externorum: qui iã conuenerant ad offitium nuptiale. Illuxit demũ dies nuptiis destinatus: qui imbribus fedus oẽs/& potissimũ Bentiuolũ dolore cõfecit secum reputantem: q̃tos rerũ apparatus/ q̃tãq; nuptialem pompam esset imber ille perturbaturus. Omnes deprecabũdi Deum omnipotẽtissimũ orare: ut tatisper pluuia cohiberet: donec ĩtroitus Spõsæ in urbem põpaticus perageretur. Verũ inexorabile est fatum: & inuidenti Fortunæ repugnare non licuit nolenti: ut ex omni parte beatas nuptias uideremus: & laetissima uoluptate permulceremur. Iã aderat hora condicta. qua obuiã cũcti prodire cepunt Sponsæ uenienti ex Pretorio Bentiuolo: ubi nocte unã cõmorata festinabunda puenerat ad uillã suburbanã: ibiq; substiterat obuios aduentãtes opperiens. Omnis ętas/sexus/ordo uiã Galeriã agminatim compleuerãt studio uisendi exoptatissimã sponsam sponsæq; apparatũ. Vix locus q̃uis latus & longus capax erat tantę multitudinis cateruatim confluentis. ciuitas omnis peregrini oẽs mira densitate cũcta stipauerant. multi columnis implexi/nõpauci e fenestris semiconspicui/ pleriq; sub dio inter ĩbres ꝓspectabãt: tãra est mortalibꝰ ĩsita cupiditas nouitatis. Gliscẽte ĩhoras pluuia nullãq; pausã faciẽte: Bẽtiuolus hãc sibi curã sũmit: ut cũcti ordine & sine tumultu põpabiliter ĩcedãt. Lõgũ eẽt referrẽ sigillatĩ quo ordine Prĩcipes Oratoresq; Prĩcipũ incesserint: summatim exponam illustriora ac splẽdi-

ctiora. Principes Italici partim ipsi uenerãt: partim Vicarios miserant ad nuptias illustrandas / qui omnes in suis quisq; ordinibus collocati ingrediebãtur. Intereundum ĩspectiõe digni potissimũ fuere equestres lãceãrii Prĩcipis Mantuani / qui Turcaꝝ habitu ingredientes ritu militari lanceas manu reciprocabant / tales Macedonũ Hastatos fuisse crediderim / quos Sarissophoros appellitabant. hos uulgus corrupto paulũ uocabulo stradioticos appellat / cum stratioticos græcanica dictione nũcupare debuisset. hos subsequebãtur hippotoxotæ / qui sunt ex eqs sagittarii induti prasinos amictus / Architriclini architriclinoꝝq; pedissequi ordine ĩcesserũt. Vidimus hac põpa nymphas ritu amazõio obsequitãtes / quæ sublimatæ ĩ equo nõ sedebant / sed stabant. Vidimus Gigantem staturosam obambulantem: quã ars æmula naturæ simillimã ueræ effigiauit. Vidimus gralatorem ĩ longuriis passus grãdissimos diuaricantẽ. Audiuimus sonitũ tintinabuloꝝ: crepitũ sclopũq; tormẽtoꝝ bellicoꝝ: qbus cũcta psonabant: Pręterea ibat ordo tibicinum tubicinumq; populosus adeo ut clãgore tubarũ ac stridorẽ lituoꝝ cælũ reboaret auresq; audiẽtiũ obsurdescerent. Post longũ pompæ ordinem incedit nouissimo loco noua nupta sedens ĩ equo cãdidissimo atq; pulcherrimo: qui ephippiis aureis pręfulgens / phalerisq; preciosis ornatus tollutim gradiebatur: quales prisci tollutarios Asturcones mãnosq; uocitarunt. hũc gradariũ equũ sponsæ adduxe

rant octo illi adolescentuli : qui munia obibant stipa-
torũ:qui uestes breuiores induti argento textili confe-
ctas per imbrem lutũq; sponsam constipabant:ex qui
bus aliquot uniones gẽmasq; incalciamentis gestare
conspeximus. Cãtata sunt carmina sponsa transeũte
partim latino partim uernaculo sermone cõposita in
singulis illis septem portis: quas tẽporarias ex ligno
frondibusq; uirentibus a Zephirano scurra fabricatas
supra docuimus: quæ singulæ sub tutela uirtutũ sin-
gularũ erant cõsecratę: ex qbus quattuor philosophi-
cas/tres theologicas appellant. Cõstat inter oẽs specta
tores nihil fieri potuisse splendidius hac põpa nuptia-
li: nisi pluuia continens ac iugis obstitisset: quæ effecit
ut nemo uestes p̃ciosas ostẽtaret: ut oẽs incederent pe-
nulati pileatiq;. Rimata est hoc Inuidia telũ: quo nu-
ptias disturbaret. nã ꝑdius & ꝑnox imber diẽ etiam
posterũ ex magna parte fædauit: quæ res impedimen
to fuit: quo minus sponsa ex cõstituto Aedẽ Diui Pe
tronii pompabiliter adiret: quẽ Bononienses Deũ tu-
telarem uenerãtur. Cæterũ nõ semper habet Fortuna
longas manus: & interdũ aduersa ratiõe superantur: nã
Princeps Bentiuolus: ut semꝑ est p̃sentissimo consilio
uiã inuenit: qua intra priuatos parietes ostentaret Prin
cipibus cũctisq; ꝓceribꝰ magnificẽtiã apparatus nu-
ptialis. Cõgregatis ĩ cenaculo oĩbus illustrioribus/ex
thalamo geniali spõsa ꝓgredit̃ uẽtura ĩ cetũ principũ
augustissimũ antecedentibus ministris architriclinoꝝ

numero centũ.lvi: qui omnes sericati formosum exhi bueṙ spectaculũ: alii purpureo, alii hiacynthio: alii Prasino colore mõstrabiles: quoꝝ erant calciamenta cõsimilia: utpote consuta ad insignia Bentiuoloꝝ: Sed lõge formosissimũ spectaculũ prebuere ipsi architriclini togas ex argento textili talares ĩduti exceptis duobus. qui ꝙ erãt equestri dignitate decorati Aurea uestimẽta gestabant: hiq; in nouissimo loco utpote honoratiores agmen cludebãt. in singuloꝝ manibus Scipiones erant picturati peculiaria ipsius architricliniatus insignia. Ex his complures torquati sunt cõspecti torquibus aureis in summo pectore fulgẽtibus. omnes stupere, omnes admirari tantũ rerũ fulgorem, tantas impensas: quibus regia uetigalia uix sufficere possent. idem omnibus ornatus, idem uestimẽti genus: oẽs principatu digni uideri: omnes incessu maiestatẽ quãdam p̃se ferre. Et ꝓfecto cultus magnificus addit hominibus auctoritatem, Subsequebantur reliqui sex maiores architriclini uirgas auratas manu ferẽtes: quoꝝ tres inuestimẽtis aureis p̃fulgebãt: duo coccinati: Sextus in argẽtea ueste splẽdescens. Deĩde incedit sponsa incessu matronali mundo nuptiali decenter ornata: quã omnes fere nostræ ciuitatis primarię matronæ comitabantur non solũ formositate cõspicuæ: sed & uestimẽtis radiantibus monilibusq; gẽmosis condecoratæ. & mediusfidius cultus formã maximopẽ uenustat. Ibi Princeps Ferrariensis natam osculabundus amplecti-

tur: ibi ex ritu Christianorum celebrant diuina mysteria: Episcopusque Vrbinas a Pōtifice maximo destinatus diploma pōtificale palam recitat: Quo nouis maritis connubium fortunatū auctoritate qua pollet in terris āplissima denūciat. Iā dies ut inqt Plautus ad umbilicū erat dimidiatus mortuus: iā prandendi tēpus ista bat. repente oēs se accingere / & sua quisque munia diligenter obire. Lectisterniatores mensas apponere: oēs ex ordine accubare. Principes una cū sponsa in tribunali celsiores eminere. Optabat prīceps Bentiuolus & esse & dici cōuiuator obsolutissimus. cupiebatque istud nuptiale conuiuiū: si fieri posset: esse posteris exēplū. itaque cū sciret in rebus oībus Domini plurimū pollere psentiā: & frontē occipitio ut ueteri adagio testatū est esse priorē: īstituit nō solū īteresse: sed etiā pesse pompae cōuiuali. Sīgulis mēsis binos architriclinos assignat: eosque bifariā diuidit: ut alteris dapes integras īferentibus alteri efferāt iā semesas: alteris scandētibus descēdant alteri: uicissimque laborēt & qescāt. Ex hoc ordine effectū est: ut pter luxū atque opulentiā esset ordinatissimū cōpositissimūque conuiuiū. Bentiuolus ipse discursare: satagere / rebus omnibus praesto esse: ipse iubere omnes iussa obedienter exeq. adeo Reuerentia rebus obeūdis efficax ē. Dant manibus aquae odoratissimae ex aqminariis argēteis: quae gutturnia alio nomīe gutti que dicuntur: īferunt ex saccaro nucleisque pineis cōcinata cibaria: īferunt & panes dulciarii: simulque uinum

generosissimum: quod prisci passum ut opinor: in ęcote rici maluaticũ appellãt: cui tãta auctoritas inest: ut singulę ex eo potiões tãtũmodo dent̃. In Cęsaris Dictatoris epulo quattuor uini genera apposita cõstat: idq̧ pro lautissimo celebrat̃: at i hoc inumera exhibita fuerunt/dulce/austeꝝ/tenue/firmũ. Alius cõuiua meracas potiões hauriebat/alius dilutas. hunc suauia/illũ subaustera delectãt/pocillatores p̃sto sunt / ut Cyathissent epulõibꝰ / ꝑut singuloꝝ stomachꝰ & gustus exposcit. Primis ferculis duobus aut summũ tribus exẽpta est fames esurientium. Reliqua magnificẽtiæ causa sunt illata/In q̄bus hoc seruatũ est/ut altilia in singulis fere missibus mensæ pricipum uiuẽtia iportarentur. uidimus Porcellos gruniẽtes/Capolos p̄ tricliniũ cursitãtes / Histrices aculeos subrigentes / uidimus pastillos quos uocant/auiculas coquinatoria disciplina i conuiuio emittentes/quæ per cenationẽ uolitãtes effugium quæritabant. Vidimus inferri Pauones flãmiuomos plumis uersicoloribus uestitos/oculosq̧ gẽmãtis caudæ rotãtes. illati sunt/& phasiani cum pẽnis/Cuniculi lepusculiq̧ cũ pellibus/q̄ oĩa oblectamẽto fuere pransoribus. illata sunt & secũdæ mẽsæ bellaria/ex saccaro poma/nucesq̧ oĩs generis tanta arte cõfectæ/ut a ueris fructibus nõ iternoscerent̃. Quid testuacea scitissimi saporis/q̄d mellitissimas ex saccaro placẽtas/quos martios panes uocãt. Quid tucetã p̄ciosa/q̄d assaturas/q̄d condituras exoticas enumerẽ? Quid tragemata cœnã

ex more cludẽtia: quæ sermone uernaculo Cõfectio-nes nũcupantur. Missus ferculorum circiter triginta fue-runt: Cõuiuę ferme centeni quiquageni discubuerũt. Structores adhibiti scientissimi obsoniorum scindẽdorum in frusta non enormia. Quis tantus ingenio/quis tan ta facũdia pditus: ut uerbis idoneis posset multiiugũ minutatim explicare cõuiuium: Legimus ĩ Heliogabali conuiuiis exhibita fuisse supra.xx.fercula ingen-tiũ epularum. Legimus Antonii & Cleopatrę cœnas fuis se lautissimas: quas imitabiles ipsi nominabãt. Legi-mus luxuriosissimas Vitelli patinas: Veri imparoris conuiuiũ pciosissimũ: luxũ Luculli nepotalẽ: Saliorum dapes/Põtificũ cœnas. Legimus & illas apud priscos fuisse Epulares cœnas/quas luculẽti scriptores modo adiiciales/modo dubias/ modo pollucibiles appellãt. Quæ oĩa epulũ istud Bentiuolorum nuptiale aut æquat aut antecedit: ĩ quo oĩa ĩ argẽto puro edulia illata fue-runt: quod ptractũ est ab hora diei.xx.in horã noctis tertiã. & cũ de die epulari cepissent noctu e lectis tricli-naribus surrexerũt: omnes fere poti distẽti oscitãtes si millimique hallucinãtibus. ipsius conuiuii magna pars ad funalia lychnosque pẽsiles acta. Sub crepusculũ ue-spertinũ Cerei ex alba cera urpore pciosiore cõfecti ac cẽduntur: quorum tanta erat uis & copia ut nocturnas te nebras flãmis exuperarent. Duo pterea candelabra in-gentis magnitudinis deargentata ex laquearibus au-ratis demissa pendebant simillima lucernis priscorũ:

quas polymyxos uocitarunt. in his lilia & flores artificio mechanico cõcinnati uisebantur: qualia ornaméta fuisse legimus in candelabris Solomonicis. Erat prętereá ignis ĩtra candelabra furtim ĩclusus: qui quasi in radio discurrens hora stata lampades & cereos ĩfixos accẽdit. oẽs mirabũdi suspicere tã nobile cõmẽtũ: laudare tã fallaciosã machinationẽ: cõtẽplari tã errabũdũ igniculũ: In cauo ędiũ ipsoq; uestibulo nocturni luminis ĩstrumẽta globis piceis referta collucebãt / Cũctaq; illuminabãt. Finito cõuiuio remotisq; mẽsis pauimẽta uerrunt̃ scopis deauratis. Sunt hęc friuola nec ĩficior / sed curiositas nihil recusat: & ex friuolis pleq; grauiora pensitamus. Deĩde saltationes choreęq; matronales exhibẽtur. Saltauit & ethrusca puellula exossam saltationem cũ omniũ qui aderant admiratione. mox spelunca fictitia instar natiuæ siluosæq; spelũcæ una cũ mõte ligneo repsit ĩtra tricliniũ: repsit & castelli simulacrum una cũ turri nemine qui gestaret apparente. Intelleximus tunc illud epigrãmatici poetæ carmẽ / quod prius subobscurum nobis legẽtibus erat.

Repserunt scopuli mirandaq; silua cucurrit.

Ex his omnibus paulatim nymphæprogrediunt̃ ad effigiem dearum reformatæ. Credidimus hoc Paridis esse iudicium de tribus deabus: quoniam Iuno & Venus affuerunt. Sed loco Mineruæ aderat Diana cum Nymphis: quæ saltare fabulam ceperunt: ĩ qua nympharum una tanquam trãsfuga ex castris Dianæ celi-

bis in castra Iunonis : quæ coniugalibus Vinculis præsidet transmigrauit. Canticũ cecinerũt pueri symphoniaci uoce canora cõcinentes/ad quorũ rithmos nymphæ corpus mouebant dantes staticulos saltatorios. Magna deniq; parte noctis transacta inter ludos conuiuales cuncti cubitũ facessunt. postridie eius diei aperitur cælum serenũ ac sudum: & sol radiosus exoritur cuncta collustrans. Quo circa destinat princeps Bentiuolus: ut sponsa ordine pompatico ad templum diui Petronii religiosum proficiscatur: id quod pridie facere nequiuerãt. Cõueniunt euestigio matronæ omnes. cõgregatᷣ omnis ordo nostratiũ: præsto sunt Architriclini uestiũ argentearũ fulgore conspicui cũ populosa ministrorũ familia. ad sunt principes ac ꝓceres omnes in aula Bentiuola congregati: Incipiunt bini terniq; ꝓcedere gradu lento atq; pompatico: ibãt singuli hospites singulis ciuib9 copulati hac pompa nihil pompabilius: hoc spectaculo nihil speciosius excogitari posse cõtenderim. Via tota fulgebat ordine ĩcedentiũ luminoso: qui aut coccinati/aut argẽtati aut aurati in ĩcessu uidebãtur. nullus sine olosérica ueste ĩ ea põpa conspectus. Nã Bononiẽses & si semper alias uestitu cultuq; elegãtissimo fuere: attamen id tẽporis oẽs : ut nuptias exornarẽt: uestimẽta serica ac bõbicina ꝓ facultatibus cõfecerãt. Tãta aũt fuit pompæ ĩcedẽtis multitudo: ut primi iã in foro uiserẽtur: quãdo nouissimi ex palatio Bentiuolorũ uix dum egrediebantur: Res erat non mi

nus memoratu digna q̃ admiratione: contemplari tot clarissimos ꝓceres: tot illustrissimos prĩcipes: tot summates matronas cocco argento auroq́ fulgentes: qui ad Deũ salutandũ simul incedebant. Quicqd usq̃ speciosi est: hic eẽ uidebatur. Aedes est Diui Petronii ĩ foro Bononiẽsi amplissima: quæ & si latericia est: tamẽ propter uenustatem atq́ symmetriã marmoreis tẽplis est æquiperanda/Salutatis ex ritu Christanoꝝ religiosissime numinibus/ Mysticisq́ canticis peractis eodẽ quo uenerãt ordine ad Aedes Bẽtiuolas reueniũt. ibi repotia ex more uetustissimo reparant: prandioq́ lautissimo principes proceresq́ cũ matronis accipiuntur. Post prandiũ data sunt oculorũ uaria oblectamenta: editũ est & simulacrũ pugnę gladiatoriæ. Nãq́ in foro Bentiuolo/quod asseribus pauimentatum esse docuimus: adolescentuli nostrates ad quĩquaginta edocti a magistro armorũ peritissimo: quales apud Romanos fuere Lanistæ: digladiari inter se ceperunt: & nunc punctim/nunc cesim ictus inferre: nunc illatos oculis uigilantibus euitare: modo assultibus uariis aduersarios premere: modo pressi retrocedere: deniq́ omnes armoꝝ tractandoꝝ numeros implere. formosum sane bellicũq́ spectaculum: in quo Manica ferrea ĩ medio digladiãtiũ collocata: & circũ eam atrox certamen inter omnes exortũ: dum singuli pro uiribus corripere contendunt. uictor ludicri certaminis pronunciatus Nicolaus cognomẽto Bazanus/qui primus manicã

ſuſtulit. Sub eodem papilione quo forũ Bentiuolum
tegebatur ludus pilaris celebratus non ſine maxima
ſpectatorũ uoluptate. deſtinati erant ad pilæ luſionem
hinc inde quinquageni iuuenes lacertoſi ualentiſſi-
miq; alteri amictu praſino cõſpicui, alteri hiacynthio:
ita enĩ colores appello: quos ſemidoctũ uulgus uiri-
dem celeſtemq; nuncupare conſueuit. Alteri Fortunã
ducem ſequuntur, alteri Prudẽtiam, utraq; pars ſuam
inuocat ſuffragatricem. in medio follis pugillatorius
uentoſa granditate tumeſcens locatur, quem calcibus
pugniſq; ĩcurſantes utrinq; omnibus uiribus neruiſq;
contẽdunt ultra præſcriptos aduerſariorum terminos
eiaculari. Nõ ero in hoc ſpectaculo deſcribẽdo proli-
xior: cũ paucis ante annis id ludicri genus in foro Bo-
nonienſi exhibitum copioſiſſime explicauerim in epi
ſtola ad Franciſcũ Puteolanum pręceptorem meum
ſcripta. Reliquũ ante cœnam tempus ſaltationibus &
choreis impenſum. poſt cœnã ingrediuntur perſonati
ſcenico ornatu intra nemus incluſi: quod conſitum ui
rectis et arbuſculis: nihil pene diſtabat a uero nemore.
cupidinis ludicrũ egerunt homines feri ac ſiluatici cla
uã ligneã manu geſtant inſtar Herculis clauigeri. can
tata ſunt carmina argumento diſcurſibuſq; reciprocis
accõmodata. ex his unus leonẽ cicurem exaramatũq;
loro trahebat: erat autem homo leonina pelle ueſtitus
tectuſq; adeo graphice ac ſolerter. ut a neſcientibus ue
rus leo crederetur. exhibitus eſt & ĩ ſaltatione Mono-

ceros ficticius. sequenti die/qui dies erat pridie kl. Fe-
bruarii simulacrũ pugnę bellicę ĩ foro maximo editũ
est:ad quod spectãdum anteq̃ iretur ĩ aula Bentiuola
Ientaculum regium dignumq; memoratu prĩcipibus
matronisq; exhibet᷑: quod inter cœtera spectacula cũ
primis ãnumerari meretur:Nãq;per dulciarios artifi-
ces/quos diu domi ob id ipsum habuerat Prĩceps Bẽ-
tiuolus:cõcĩnata sunt ex saccaro edulia uarii generis:
quæ intra triclinium ex ordine illata cunctorũ oculos
ad talem ĩspectionem cõuerterunt. Præcedebat carrus
Cupidinis triũphalis ad amussim cõfectus:quẽ quat-
tuor ex ministris baiulabãt:Subsequebãtur simulacra
oppidorum. Imagines Elephantoꝝ. effigies uolucrũ.
spectabantur & naues cũ armamentis:insignia princi-
pum & id genus q̃ plurima: quæ nemo a ueris inter-
noscere posset. adeo ingeniosa est natura mortalium
ad cuncta quæ uelit imitanda. Omnia hæc importata
fuere magis uisui q̃ esui acõmodata:magis oculos sa-
tiatura q̃ stomachum. Sĩgula singulis dono data prĩ-
cipibus. esculenta uero bellaria atq; tragemata omnis
generis pro ientaculo ĩferuntur: quorum magna pars
in uulgus pro missilibus sparsa. Cũ omnes lautissime
ientassent:itum est agminatim ad hasticos ludos con
templandos:quos sponsa cum omni comitatu matro
nali prospectauit e speculatorio:quod decentissimũ in
Palatio Senatorio ob id ipsum fieri iusserat Minus
Roscius id temporis dictator homo omniũ nobiliũ

doctissimus/omnium doctorũ nobilissimus. Iam to-
tus populus ac peregrini passim pocurrẽtes foꝝ com-
pleuerant: & cuneos ĩstar cuneoꝝ theatralium e ligno
fabricatos fartim cõstipauerant. Multi cũ periculo sa-
lutis culmina tectoꝝ quibus forum cingitur conscẽde
rant ex imbricibus tegulisq; speculaturi. Tres equitũ
turmæ totidemq; turmaꝝ ductores apparatu magnifi
co spectabiles forũ ingrediuntur. Ordo agminis tur-
matim euntis talis fuit. Primus Hãnibal Benitiuolus
equo inuehitur: quem antecedunt equi bellatores exi-
miæ magnitudinis aureis tegumẽtis uelati. circũstant
stipatores cãdidati tanq̃ petitores magistratuũ roma-
norum. Turmales regali cultu procedunt ipse arma-
tus fulget in equo. Arma radiantia aureo paludamen
to conteguntur pompa prorsus regalis opulentiæ: ex
altera fori parte irrumpit Franciscus Prĩceps Mantua-
nus: qui incomparabili magnificentia omniũ oculos
in se ac suos conuertit: prẹibant Lancearii habitu Tur
carũ: de quibus ante dictũ est. Lancearios sequebãtur
Hippotoxotẹ cũ scorpiõibꝰ. eq duodecĩ sine sessoribꝰ
ingẽti corporatura deducũt operti uelamẽtis: quæ au
ro erãt purpuraq; distĩcta: quorũ fulgor oẽs fori ptes
illumĩabat: q̃d qbꝰ Virgilianũ illd̃ dici merito poterat.
Bello armãt eq bellũ hẹc armẽta minãt. ꝓximi ibãt
doryphori: ut ita appellemꝰ gestatões hãstaꝝ bellicaꝝ:
ipius uero prĩcipis cultus ĩter ꝑcipua spectabat. Nãq;
equo uectabat ex upãtissimo uigori/& iusitata magni-

tudine:& uectabatur paludatus aureo paludamento: ornatuq; haud dispari suos exornauerat bellatores. p̄cur-
currebant spiculatores induti uestimenta preciosa: ut
pore dimidiata ex auro/dimidiata ex serico contexta.
Nouissimo loco ītrocessit Gibertus carpinas Prīcipis
Bentiuoli gener/& ipse uisendo decore conspicuus or
namentis equoꝶ equitūq; præfulgentibus. Venerunt
& alii ꝓ facultatibus ornati: sed super oēs Mātuanus
Regulus existimatꝰ ē illd̄ decorasse spectaculū. cuius
manica paludamēti carbūculis hiacynthis saphiris &
id genus gēmis p̄ciosissimis onusta p̄stringebat acies
oculorū.ordo hastici certaminis erat talis. Duo cata-
phracti e regione collocantur: qui in equo immobili
sedentes exciperent ictus incursantiū:qbus post horæ
spaciū totidem recentes succedere debebant. Hæc bel
licæ pugnæ imago ex militari Romanoꝶ disciplina
mihi translata uidetur:apud quos tyrones exerceban
tur ad palū: qui instar bellatoris īmobilis excipiebat
ictus cōgredientiū.pugnatum est horis āplius tribus
cōtinenter:cōplures hastæ & a bellatoribus procurrēti
bus & a statariis fractæ: cōplures ictus armisoni ultro
citroq; & illati & accepti foro clangētibus tubis rebo-
ante/spectatoribusq; plausu & uociferatiōe fauētibus.
Multoꝶ eo die uiriliter dimicantiū uirtus spectata est:
sed in primis Hānibalis Bentiuoli: q ante ānos gerēs
robur animūq; uirilem specimen amplissimū futuræ
uirtutis ostēdit:quæ ī pulchro atq; puerili corpore ue-

nies gratior fauorabiliorq; esse cõsueuit: Gaspar Roberti sãcto seuerinatis filius paternę uirtutis ęmulator functus ẽ officio acerrimi bellatoris. sed ĩter oẽs excelluit Prĩceps Mãtuãus: quẽ post certamẽ iudices publico pconio uictorẽ pnũciauerũt: brauioq; qđ erat argẽteũ, donauerũt. Trãsacto ludicro cũcti lętitia delibuti cũ oculorꝝ desideria satiassent foro facessũt: iã die ĩ uesperã pcipiti recta ad ędes Bẽtiuolas pgũt nouũ infreq̃nsq; spectaculũ speculaturi. nã florẽtin9 qdã machinator egregius & mechãicæ artis sciẽtissinus machinã solertissimo artificio fabricauerat: quã girãdolã uulg9 appellat: quæ nostra lĩgua orbis flãmeus dici pőt: utar enĩ hoc uocabulo, quoad ĩuenero melius: erat hæc machina funibus suspẽsa sub papiliõe Bẽtiuoli fori ĩgẽtis magnitudinis ĩ rotũditatẽ circumacta: tribus circulis cĩgebat̃ medio extremos exupãte: crescebat ĩ uẽtrẽ labris paulatĩ se restrĩgẽtibus: cui nihil tã simile est, quã calathi effigies. Ignis ĩtra machinã furtim ĩclusus arte mechanica alebat̃ p fomites ĩcẽdiorꝝ discurrẽs: qbꝫ tota moles erat refertissima: debebatq; hora sub uesperꝝ stata cũ crepitu bõboq; maxĩo flagrantes radios eiaculari. Machinator pdixerat post primã horã nocturnã futurã flãmarꝝ eiaculationẽ. Iã sublato tentorio reductisq; uelis auidissime pstolabat̃ populus numerosus cõdictũ tẽpus cõflagratiõis: Iã crepusculũ, iã tenebrę densæ, iã hora fatalis aduẽtat: cũ repẽte tãta uis flãmæ & ĩcẽdiorꝝ emicuit cũ crepitu eruptõis uehemẽtissimo

ut cœlũ ipsum flagrare simul & ruere uideret̃: ut multi prę pauore corruerint. fuligine fumo odoreq; sulphureo cuncta cõpleri. Radii igniti subinde erũpẽtes inter spectatores formidolosos uolitare: hoꝝ facies afflatu fœdarẽ: illoꝝ uestimẽta cõburere: fuitq; plenũ horroris cũ uoluptate spectaculũ: qđ nouissimũ ĩter nuptiales lusus exhibitũ haud q̃q̃ displicuit nouitate blãdiẽte: quæ semp fere solet eẽ gratissima: cũ ad noua homĩes libẽtissime ueniãt: ad noua cõcurrãt. exacta ẽ cœna saltatiõibus nõ ĩuenustis & id genus uoluptatibꝫ. kl. Februarii cũ iã absoluta eẽt ex oĩ pte festiuitas nuptiaꝝ quæ q̃triduũ celebratę fuerũt: hospites tam prĩcipes q̃ priuati suas qsq; domos repeterẽ & ĩ patriã repedare ceperũt/oẽs ĩbuti hac psuasiõe ut Ioãnẽ Bentiuolũ magnificẽtissime ornatũ: se uero honorificẽtissime acceptos arbitrarẽtur: crederẽtq; reliquos Italiæ prĩcipes facilius Bentiuoloꝝ nuptias imitaturos q̃ superaturos. Et mehercules nemo nõ uehemẽter admirari incredibilẽ tot rebus pagẽdis celeritatẽ: Secũ qlibet repurare quãtas facturus fuisset Prĩceps Bẽtinolus nuptias: si ãnuũ tẽpus ad ornamẽta cõparãda habuisset: Cui bimestri spatio p brumales dies tanta cõficere licuisset. Ad nuptias celebrãdas hospitũ circiter tria milia cõueĩsse memorãt̃: q p hospitia ciuiũ diuisi pastiq; esculẽter cibariis ex aula Bẽtiuola affatĩ suppeditatis. Cibꝫ potioq; oĩbus esuriẽtibꝫ ac sitiẽtibꝫ exhibita. illuc egestosi tãq̃ ĩ asylũ cereris ac liberi patris cõfluebãt: Tubicĩes tibicinesq; ex oĩbus Italię partibꝫ ĩnumeri affuerũt: Tĩpa-

nistæ utricularii choraulæ & id gẽus ferme oẽs orgãi-
ci musici undiq; cõuenerũt : audiuim9 petulãtia scur-
ratũ, fatuitates morionũ : uidimus pſtigia pſtigiatorꝝ:
nec pumiliões defuerũt. Ex hoc oĩ numero nemo nõ
donatus a Bẽtiuolo Prĩcipe discessit: Inter multa appa
ratus nuptialis ornamẽta ornatissimus magnificẽtissi
musq; fuit ordo architriclinorꝝ: quorꝝ nemo p tot dies
eãdẽ ueſtẽ bis ĩduit eũdẽ cultũ iterauit. Quinimo sin-
guli singulis diebꝰ mutatoria subĩde ĩduebãt. idẽ quo
q; a prĩcipibus matrõisq; factitatũ : Munera nuptialia
certatĩ ab oĩbus collata. Ciues Bononiẽses publice ac
priuati q̃ plurima cõtulerũt. Alii maiora alii minora p
facultatibus. Agricolæ ac ruſticani oẽs pagatĩ oppida
tĩq; cũ donis nuptialibus ad Bẽtiuolũ prĩcipẽ accesse-
rũt. Prĩcipes Italici tã reges q̃ reguli legatiq; prĩcipũ ac
dynaſtæ pciosissima quisq; munera attulerũt. Sũma
accepti haud dubie maxĩa eſtimat̃ sed sũma expẽsi nõ
mediocris. p eosdẽ dies clausæ sũt tabernæ: officinato
res feriatĩ: & letitię causa ĩ dictũ ẽ iuſticiũ: qđ prisci ro-
mani ĩ luctu ac piculis ĩdicer̃ solebãt. Hacten9 nuptia
lẽ feſtiuĩtãtẽ scribẽdã eẽ duximus: Alii minutiora scri
bant & leuiora: quæ nos cõsulto p̃termisimus p̃bitura
plus faſtidii q̃ oblectamẽtĩ lectitãtibus. Quod supeſt
deos deasq; oĩs rogo & oro: ut cõnubiũ iſtud uelint eẽ
feliciſſimũ ac fortunatiſſimũ : sicut nuptialis appara-
tus fuit splendidiſſimus: utq; nouis maritis annos Ne
ſtoreos cum Metelli felicitate largiantur.

Eiusdem Hendecasyllabon.

Quo tu quo properas recens libelle?
Extra limina cur cupis uagari?
Intra scrinia cur nequis manere?
Cur limam refugis meumq; cœlum?
Cur optas uolitare per tabernas?
Vendi plus minus assibus duobus?
Exi: sed uideo tibi paratos
Ronchos Rhinocerotas & malignos:
Rugoso aut piperi dabis cucullos,
Aut merces olidas salariorum
Infelix gremio teges madenti
Hæc incommoda si sapis libelle
Vitabis, uia nam tibi parata est.
In Chalci fugito sinum patroni,
Qui iam suppetias feret clienti,
Qui te presidio suo fouebit,
Qui doctos amat, excolit, uenustat:
Hunc queras, reuerenter hunc adito:
Huic post legitimam osculationem
Dices protinus. o decus bonorum
Te saluere meus iubet poeta,
Et te uiuere Nestoris senectam,
Et te principibus diu placere
Optat, sisq; sui memor precatur.
I iam quo properas recens libelle.

Philippi Beroaldi oratio nuptialis habita Mediolani.

i Nter multa Viri p̄stātissimi ac Matronæ uenustissimæ: quæ iucūda & utilia mortalibus cōparata sunt: Iucūdissimū & utilissimū est maritale cōiugiū: quod homines disiūctos uīculo arctissimo cōiūgit: quod familias dissociatas mutua affinitate consociat: qđ necessitudines cōciliat: quod amicicias religiosas compat. qđ domos numerosa sobole fœcūdat. qđ urbes legitimis ciuibus replet. quod deniq; efficit: ne genus humanū tēporis lōginqtate depereat. sine quo nulla ciuitas: nulla gens nec ipse ut ita loquar mūdus cōsistere pōt. Vnde non mediocri laude dignus existimandus est Cecrops ille priscus: q diphyes cognomiatus eē fertur: hoc ē duplicis gemiæq; naturæ. ꝓpterea q; primus fœminā mari sacrosancto matrimōio copulauerit. quo dono nullū donum maius excogitari posse cōrenderim: quod nō tam humanū q̄ diuinū: cuius nō tā Cecropem q̄ Deū conditorē credere debemus / sicuti & ecclesiasticū dogma prescribit. merito itaq; ingeniorum fons Homerus populos in cœlibatu uiuentes abios appellat quasi uita carentes: & mortalium uita sine connubio dimidiata a luculētis scriptoribus nūcupatur / tāq̄ absoluta ac pfecta uita ex maris fœminæq; societate conficiat. Et quēadmodū laudādi sunt illi: qui ī ordine maritorū numerari cōcupiscūt: ita illi uitupandi: q i cœliba-

tu uiuere perseuerant iugum coniugale deprecantes? Quibus uero præconiis / qua ue laudatione celebrari merentur illi ueteres Romani? quibus nulli unq̃ nec sanctiores / nec bonis exemplis ditiores extiterũt. qui cœlibes puniebãt mulctam irrogare soliti: si qs uxorẽ ducere renuisset. Talesq; subinde cẽsoria nota afficiebantur. Qua quidem in re mihi uidentur Lycurgi & Platonis leges utpote diuinitus conditas esse imitati. quæ iubent eos oĩs dedecore afficiendos eẽ pecuniaq; mulctandos: qui rei uxoriæ nõ fuerint operati. Nãq; ex Scitis Lycurgi arcebãtur cœlibes ab ĩspectione ludorum gymnicorũ: & honore illo priuabãtur: quo iuuenes prosequi seniores cõsueuerũt. & illud in Dercyllida a iuuene spartano dictũ nemo nõ ꝓbat. qui assurgere illi noluit q̃q̃ imperatori nõ improbo / neq; cedere subsellio: uerbũ illud promens dignũ memoratu. Ideo tibi nõ assurgo: quoniã neq; tu filiũ qui mihi cederet: genuisti. Platonicæ uero leges tempus cõiugale præscribentes mulctam dicũt illi: qui. a xxx. ætatis anno usq; ad trigesimũ quintũ uxore ducẽda supersederit. Aristoteles quoq; cum præceptore Platone congruens præcipit in politicis feminas circiter octauumdecimum ætatis annum nubere / Mares uero circiter annũ xxxvi. uxorẽ ducere debere. Hoc. n. tempore utrũq; copulari uigẽtibus corporibus. Cæterũ ĩter natiões oĩs Romani coniugalis sacra reuerẽtissime coluerunt: & q̃plurimis cerimoniis ornamẽtĩsq; honestãda atq; de

corãda esse censuerunt. hinc illæ qnq; faces in nuptiis adhibebant̃: q̃s ex spina alba confectas pueri patrimi matrimiq; gestabãt. Quo numero haud dubie signi ficabat̃ qnq; geminos uno mulieris puerperio ꝓgigni posse/uel qđ par numerus:q fœmineus ẽ:& ĩpar q ma- sculus simul copulati ꝓgenerant. Hic aqua & ignis in nuptialibus sacris afferebant̃. Quę duo elementa uitã mortaliũ maxime cõtinẽt/ut uidelicet ostẽderẽt:ita ui rũ fœminãq; disiũctos steriles eẽ ac ĩfœcũdos/sicuti si ne calore humor:sine humore calor nihil gignere pos- sunt:cõiũctos uero uim habere generatiõis aptissimã. Hinc nubẽtes colus cõpta & fusus cũ stamine comita bat̃. q̃ res plane demõstrabat uxorẽ in domo maritali lanificiũ exercere debere. uñ & Thalasii nomẽ:qđ lani ficiũ significare autumãt eruditi/usurpabat̃ ĩ nuptiis. Quid ĩ p̃sentia memorẽ quẽadmodũ nouę nuptę do- mũ mariti ĩgrediẽtes adipe suillo:siue ut Masurius in qt lupino postes pungebant:ex quo uxores denoĩatæ credunt̃. Lõgũ sane foret si causas reꝝ omniũ nuptia- liũ singillatĩ recẽsere uellemus. Quo circa prudẽs p̃teri bo:cur limẽ maritale nouæ nuptæ pedibꝰ nõ tãgebãt: cur flameo luteo caput obnubebãt. Cur cĩgulo nodo herculaneo uĩcto cĩgebãt̃/qđ mox ĩ cubiculo maritus dissoluebat. illud p̃tereũdũ nõ ẽ farreũ nouæ nuptæ p̃ ferri solitũ/ꝓpea qđ nihil religiosius erat uniculo cõfar reatiõis:quę solis ut ĩqt Boetius Põtificibus cõuenie- bat. Vñ & matrimonia farracea a comunicatiõe farris

nuncuparunt. Quanta ueneratiõe cõnubia Romani prosequẽtur hinc maxĩe dignoscitur, quod complu-res deos nuptialibus peragẽdis præesse uoluerũt. Nã Deus Iugatinus nominatus ĩuocabatur/quando spõsus sese sponsæ coniungebat: Iugũq; pariter maritale subibant. Domiducus adhibebatur/quãdo ad mariti domum noua nupta ducebatur/ Cui cumerum/quod nuptiale uas ẽ/præferri mos erat. Deã uero Manturnã adorabãt. Vt.s. cũ uiro uxor iugiter maneret. Quod si rixæ iurgiaq; cõiugalia aliquando intercesissent/in sacello Deæ Viriplacæ reconciliabãtur. Deãq; Virgi-nensem idcirco uenerabãtur/ut uirgini zona illa solueretur: de qua est illud Catullianum

Quod zonam soluit diu ligatam.

Quin etiã Iunonem cõgnomento cinxiã atq; unxiã: Deũ Subigũ: Deam Premam/atq; Partũdam/aliaq; numina compluscula ĩ cõiugalibus sacris adhibuerũt Adeo matrimonium sacrosanctũ atq; uenerabile apd illos erat: ut id non sub uno deo tutelari: sed sub pluri-mis tutandũ custodiendũq; censerẽt. Preterea eos: qui ĩ maritorũ ordine numerabãtur: honoratiores his: qui uitam cœlibem degebant esse uoluerunt. Et olim. Q. Metellus Numidicus ĩ cẽsura Po. Romanũ hortatus ẽ ad uxores ducẽdas cã liberorũ creãdorũ luculẽta quadã oratiõe: quã dein Augustus Cesar/cũ & ipe de maritãdis ordinibus ageret: & ad matrimõia capessẽda Quirites hortaret: cõmodissime usurpauit. & mediusfidius

si uerum uolumus cõfiteri.adiutoriũ uxoris uiro ne-
cessarium est. Nam queadmodum uir foris & subdio
negociatur: comparatq; labore ac uigilantia facultates
quæ tectis recondant: ita mulier res paratas custodit:
& illa omnia curiose conficit quæ domi debeãt admi
nistrari. Sic alterius opa a natura cõparata est ad exer-
citationem forensem & extraneam: alterius ad dome-
sticam diligentiam. Præterea quid dulcius/quid iucũ
dius esse potest patrifamilias ĩtra penates domesticos
se recipienti: q̃ habere matrẽfamilias cuius tutelę cun-
cta domestica negocia credat. cũ qua curas partiat: cui
cogitatiões ĩtimas: cui paruos liberos tradat: quę ma-
rito iugi exercitatione fatigato sit reqes atq; fomentũ.
Et cũ nihil ĩ domo maritali diuiduũ conspici debeat:
in cõmune ambo cõspirãt contubernio dulcissimo p-
fruẽtes. Merito igitur Vas electionis: Tuba Euãgelii:
& sanctarum scripturarũ Armariũ Apostolus Paulus
nuptias uocat honorabiles & cubile ĩmaculatũ. Me-
rito honorabiles a nobis hodiernæ nuptiæ appellari
possunt: cum sponsus & sponsa honoratissimi conspi-
ciantur: cũ ambo splendido genere clarisq; natalibus
orti sint. Quis enim nescit familiã Pirouanoꝝ in hac
urbe esse uetustissimã generosissimãq;: utpote quæ olĩ
rebus potita esse dicatur: quam nõ pauci ĩ studiis inge
nuarum artiũ & potissimũ medicinæ illustrauerũt. In
qua non solũ litteræ & disciplinæ liberales sed religio
& cerimoniæ floruerunt: Cũ ex hac iampridem gente

prodierit Vir sanctitate uitæ clarus Diuus Galdinus: cuius nomen & sanctitudo apud Mediolanenses est uenerabilis. Verũ hac tempestate genus Pirouanorũ illustrat̃ ornaturq; uiro ornatissimo Gabriele. Cuius Neogami hoc ẽ noui sponsi nuptias hodierno die nuptiali oratiõe ꝓsequimur. est.n.hic multiiugis disciplinis decoratus. Astrologiæ peritissimus Philolophiæ cõsultissimus:& ĩ primis Medicinæ sciẽtissimus:quæ uel singulæ ĩgenuæ artes quemuis hominem possent illustrare. Astrologia enim ab reꝶ terrenaꝶ cõtemplatu mẽtes nostras euocat ad spectãda cœlestia/ad cursus syderũ statos pẽsitandos:ad superas sedes noscitãdas. hæc efficit ut homines parum a diis distare uideãtur: Philosophia quæ mater artiũ appellatur:dux est uitæ mortalium.animoꝶ morbis medet̃:rerũ causas solerter inquirit:& diuinæ maiestatis arcana rimat̃/qđ felicissimũ existimat Mantuanus Vates. Medicina uero qua nulla ars fructuosior eẽ fertur: salutem deploratis restituit: morbos expellit: afflicta recreat: languentia corroborat:& cũ morte ipsa subĩde colluctatur has tãtas tãq; pręclaras nuperi spõsi uirtutes exornãt suauissimi mores.sũma comitas:dexteritas/affabilitas:quæ res illum haud dubie fecerunt apud Mediolanenses omnis fauorabilem;apud illustrissimos principes gratiosum.in summa carus est omnibus:inuisus nemini/omnium beniuolentiam genuina quadam probitate demeretur. Cuius consobrinũ eẽ non pœnitet magni-

ficum ac circũſpectiſſimũ uirũ Bartholomeum Chal
cum : de cuius eximiis dotibus ac probatiſſimis mori
bus abunde iudicauerũt illuſtriſſimi Prĩcipes Medio-
lanẽſes : qui eum Archigrãmateum hoc eſt principem
ſcribarum ex omnibus unum delegerunt/ quẽ omniũ
arcanorum participem ac conſiliarium eẽ uoluerunt. ſed
hæc obiter pauca de multis. Cæterum quẽadmodũ ſpõ-
ſi familia generoſa eſt : ita ſponſæ genus illuſtre & per-
uetuſtũ eẽ creditur/ in quo multi ĩ toga : multi ĩn re mi
litari excellẽtes extiterunt : q ſuis ĩpſi uirtutibus apud
uos cognitiſſimi ſunt/ ita ut noſtra laudatione nõ ege-
ant. Ipſa uero ſponſa omnibus : quęcũq; in matronam
cadunt dotibus prędita : familiæ eſt ornamento. Inge-
nui mores Matronaliſq; uenuſtas fœminam cõdeco-
rant. Et cũ quattuor ſint quę ĩ ſpõſis quęrãtur. forma
probitas : nobilitas : dos : hæc formoſa/ hæc proba/ hæc
nobilis/ hæc dotata eſt. q̃uis ipſa non illam ſibi dotem
ducat eſſe : quæ dos dicitur : Sed pudiciciam & pudorẽ
& ſedatum cupidinẽ. Deum metum. parentum amo-
rem/ & cognatum concordiam. Qualis dos probatur
& expetitur in primis ab Alcumena Plautina. Deniq;
ut ſemel finiam probata ꝓbatiſſimo : modeſta mode-
ſtiſſimo : Laudata laudatiſſimo nubit : Quorum cõ-
nubium ſicuti compar eſt beneq; cõueniẽs : ita Dii fa-
xĩt : ſit felix fauſtũ atq; fortunatũ. ut diutiſſime uiuãt
uitam cõcordiſſimã iucũdiſſimãq; & ut dulces natos
ſuſcipiãt : & ex natis dulciſſimos nepotulos aſpiciãt :

quorum lusibus oblectentur: quorum blandiciis refo ueantur: quorum fortunis ac felicitatibus condecorẽtur. Sed iam tempus est: ut formulam a maioribus institutã usurpemus: & uernacula lingua loquentes ꝑfatione religiosa sponsum ac sponsam ita iterrogemus.

Ad Magnificũ Minũ Rosciũ Senatorem Bononiensem Philippi Beroaldi Bononiensis epistola.

i Oãnes Boccatius homo in lingua uernacula disertissimus centũ fabulosas historias stilo elegãtissimo composuit. ex quibus duas nos potissimum excerpsimus: easq; in latinum sermonem nuper exercẽdi igenii causa transtulimus. Nam queadmodum maiores nostri ex græco i latinũ: & ex latino uertere in græcum optimum esse iudicabant: id quod in primis. L. Crassus & M. Cicero factitasse tradũtur: ita nobis cõducibile uisum est ex uernaculo uulgatoq; sermone aliquid Mythicon historiconq; cõuertere in Romanã linguã: ex qua cõuersione igenium mediusfidius uegetatur: eloquutio expolitur. Supellex uerborũ optimorꝫ copiosissima comparatur. In hac autem interpretatione fateor me nõ ubiq; uerbũ e uerbo: sed sensum exꝓssisse de sensu: quędã pretermisisse. nõnulla addidisse: eatenus ut decorẽ in translatione ꝑ uirili parte cõseruaremus. Et hoc fecimus sequuti Oratii ꝓceptum ita pre-

cipientis in arte poetica. Nec uerbum uerbo curabis reddere fidus Interpres. Quod etiam faciendum docet Diuus Hieronymus scribens de optimo genere interpretandi. Accipe ergo Vir præstantissime/& in studiis humanitatis litterisq; nostris politissime opusculum a Philippo tuo cócinatum: de alieno effigiatum; de alieno nostrum: quod legas quæso/cũ fueris ociosus: cum animum a senatoriis muneribus publicisq; negociis paulisper recreare decreueris: cum te in bibliothecam tuam / quæ te singulari eruditione decorauit: recondideris. Tunc.n.animus exuendus est curis grauioribus: demulcendus litteris amœnioribus: & refouendus uoluptatibus hilarioribus. Tunc hasce nugas poteris in manus summere: poteris ĩspicere/& tuo polito limatoq; iudicio pẽsitare: nũqd ad flosculos Boccatii ĩ suo genuinoq; sermone prænitẽtes aspirare potuerint nostra istæc latina interpretamenta: Quæ tibi peculiariter dicaui/Propterea q; ueri amoris uereq; amicitiæ testimonia sunt locupletissima. quicquid id est boni consule: & me uti soles ama.

Historia Mythica Prima ex Boccatio Cõuersa.

q Vo tempore Octauius Cæsar nundũ cognominatus Augustus ĩ triumuiratu Romanũ regebat imperium: fuit Romæ. Q. Fuluius homo patritius ac nobilis: qui filium nomine Titum Fuluiũ iuuenẽ singulari ĩgenio p̃ditum Athenas misit: ut philosophiæ studiis erudi-

retur:eũq; etiá atq; etiam cõmendauit Chremeti uiro nobili amico uetustissimo:q Titũ hospitio suscipiens uoluit:ut in contubernio filii Gisippi familiariter educaretur: & utrũq; Aristippo id tẽporis philosopho illustrissimo tradidit erudiendũ:ut hisdem pariter doctrinis imbuerentur. Cũ itaq; ambo iuuenes uitam degerent cõmunem:tanta similitudo moꝝ repente apparuit:ut summa germanitas summaq; beniuolentia íter ipsos coaluerit. adeo ut uix morte potuerit dissociari. simul ambo philosophię studiis ícũbere.simul ambo ad fastigiũ diuini dogmatis ascendere.ambo excellẽtissimi ígenii dotibus pares existere. qui talem uitam duxere circiter triẽniũ maxima cũ uoluptate Chremetis.is utrũq; pio amore ꝓsequẽs nec in filiũ q̃ in Titũ propensior cũ iam eẽt senio cõfectus e uita migrauit: Cui9 obitũ tãq̃ cõmunis parẽtis Titus atq; Gisippus pæque defleuerũt:& pari lamẽtatione ꝓsequuti sunt. adeo ut nec ipsius Chremetis familiares ac cognati satis dignoscere possent:uter eoꝝ iuuenũ magis cõsolãdus foret.post aliquot mẽses amici necessariiq; Gisippi hominẽ cõueniunt:& ad uxorem ducẽdam pariter hortãtur/puellam se repisse dictitantes ciuem atticam incredibili formositate conspicuam & generosissima gente procreatã: Cui Sophroniæ nomen erat:& id tẽporis quintũ decimũ agebat ætatis annũ. horũ uotis Gisippus utpote iuuenili ardorẽ calescẽs libẽter ãnuit. Iãq; appetebat tempus nuptiarum / Cum spõsus una

cum Tito ad ſponſam uiſendam pergit: iam ambo in tra ędes ſponſæ penetrauerāt iam inter Giſippum Sophroniamq; facetiſſimi ſermones ſerebantur: Cū Titus quaſi elegās ſpectator fœmineæ formoſitatis adhibitus cœpit curioſis oculis cūcta perſpicere: & ſingula Sophroniæ membra callenter penſitare: quæ cum mirandum in modum tota complacuiſſet: ipſe ſecum illam ſpecioſiſſimæ puellæ uenuſtatē: illud decus: illā exuperantiſſimam pulchritudinem ſubīde memoria repetens tanto amoris incendio cœpit ęſtuare: q̄to nullus priſcis temporibus amator cōflagrauerat. cū itaq; domum repedaſſent/ Titus intra cubiculum ſolus ſuper Sophronia cogitare. Sophroniā intueri. Sophroniæ nomen identidem nominare. tanto magis ardeſcens quanto magis in ea cogitatione uerſabatur: Tādem poſt multiplices curas crebraq; ſuſpiria ita ſecum lamentari exorſus eſt. Heu te miſerum: heu ęrumnoſam uitā tuam Tite. Vbi animus/ ubi amor: Vbi ſpes tuæ collocantur? nonne uides/ nonne ſentis hanc tibi uirginem in ea ueneratione eſſe habendam/ qua ſororem? Hoc exigit munificentia & benignitas in te a Chremete collata. hoc expoſcit fida uetuſq; amicicia/ quæ tibi cum Giſippo eſt huiuſce addoleſentulæ ſponſo. Quid igitur concupiſcis? quo te a fraudulento Cupidine pręcipitē trahi ſinis? quo a ſpe blādiente? Reclude aliquādo oculos animi/ & temetipſum infelix recognoſce. obtēpera rationi/ & cohibe illicibilem

appetitum. Moderare cupiditates īsanas : & aliorsum cogitationes tuas cōuertito. principiis obsta. & uince te ipsum : dum tēpus adest : dum datur occasio. Istud qđ tu tantopere affectas : Turpe flagitiosum indecorꝝ est: Istud qđ assequi moliris abs te in primis fugiēdū. Si id qđ uera amicitia exposcit: & qđ te ipsum decet ītueri uelis. Quid nā igit̃ tibi Tite factitādū est ? amor is mediusfidius illicitus illaudabilisq; relinquendus. alioquin īter fidos amicos perfidiosissimus iudicabere. Dein cū sophroniȩ reminisceretur: mutato consilio cūcta quæ dixerat retexēs sic secum solus sermocinabat̃. Maiores sunt ꝑfecto uires Legis Cupidineȩ: maiorq; potentia q̃ legū reliquaꝝ. Leges Cupidinis frangunt dissipantq; non solū leges amicitiæ : Verū quod maius est diuinas. Quotiens impellēte Cupidine pater filiā adamauit. Frater sororem. Nouerca priuignū. Quæ haud dubie sunt maiora portenta q̃ si amicus amici uxorē ardenter amet: id quod iam sexcenties factitatū. huc adde ꝙ ego sum iuuenis: & iuuenta imprimis obnoxia est legibus cupidineis. Quod igit̃ Amori placet: mihi quoq; placeat necesse est. honesta senioribus cōueniunt. Ego id uelle cogor: qđ Amor iubet. formositas huius uirgunculȩ tanta est: ut ab omnibus amari mereat̃. Et quis me merito poterit obiurgare ? Si iuuenili ætate calescens tam decorā tam uenustam iuuenculam tamq; amabilem adamauero: Quæ a me non propterea amatur: ꝙ Gisippo desponsata sit. imo

eam amo libentiusq; amarem si alteri denupsisset. In hoc Fortuna obiurgari meretur: quæ Sophroniã amico meo Gisippo potius q̃ alteri habendam tradidit. Quod si puella ob incõparabilem formositatem meretur amari: sicut Hercules meretur: debet ęquiore animo ferre Gisippus: si resciuerit eam mihi eẽ potissimũ cordi: non alteri. hæc & id genus multa secum Titus ipse uolutabat animo: q nutabundus in partes uarias distrahebatur. Itaq; maximo curarum ęstu fluctuans nõ solum diem illum noctẽq;: quæ subsequuta est: suspirando consumpsit: sed & alias cõplusculas. adeo ut nec cibum caperet: nec somno indulgeret: in lectuloq; prę nimia uirium imbecillitate decumberet. Gisippus ut pote: qui Titum iãpridem uiderat sollicitudinibus anxium & nunc eundem uidebat ęgrotantem: maximo dolore afficitur: omniq; adhibito studio ac diligẽtía nusq̃ ab ipius latere discedens hominem sępissime consolatur. subinde causam exquirens & curarum & egrotationis. Cæterum Titus qui responsiones fallaciosas hactenus cõmentus fuerat: ad Gisippũ astu decipiendum tandem suspirans ac lachrymabundus: Gisippe inquit: si Diis placuisset: mihi erat mors iãdudum uita iucundior cogitanti a fortuna me eo esse deductum: ut mihi uirtutis meæ periculum faciendum fuerit: quam appetitionibus dominantibus non sine maximo meo dedecore succubuisse cognosco. Itaq; p̃stolor mortẽ: quæ mihi sit futura suauior turpi uita.

Iam enim tibi cuncta denarrabo: iam ex me pudibundo cuncta cognosces: Cũ apud te nihil occulere: nihil dissimulare/nec possim/nec debeã/nec uelĩ. Et ab initio rerꝝ exorsus detexit Scenã curarũ suarꝝ. Et queadmodum secũ acerrime cõtendissent hinc Amor/illinc Honestas: hinc dedecus/illinc decorꝝ. & ut tandem animus undiqꝫ uexatus impioso amori succubisset. Deniqꝫ edisserit queadmodũ Sophroniam efflictim deperiret: asserẽs se amoris sordidissimi flagitiosissimiqꝫ pœnas morte luere constituisse/ad eamqꝫ citissime se peruenturꝝ: Hoc audito Gisippus paulisper hesitabundus utpote Sophroniæ cupitor: Dein secũ ipe incõtanter decreuit uitam amici anteponendã esse uirgunculæ: & lachrimis Titi oppido cõmotus ipe quoqꝫ plorabundus sic infit. Tite nisi consolatione indigeres ego te apud te ipsum expostularem tanq̃ amicitiæ nostræ preuaricatorem: qui tãdiu tuos acerbissimos affectus mihi ignotos esse uoluisti. Quod si tibi istud inhonestum ac indecorꝝ uidebatur/Scito inhonesta nõ secus q̃ honesta cum amico esse cõmunicãda. Nam qui uerus amicus est: q̃tũ ex honestis amici rebus capit uoluptatis/tãtum flagitiosis ac turpibus amici animum abducere conatur. Sed impræsentiarꝝ his posthabitis propiora discutiamus. Si tu sponsam meam Sophroniam ardenter amas: nihil equidem admiror: ualde admiraturus. Si abs te secus fieret cognita puellæ formositate & animi tui generositate perspecta: qui tan-

to est ad passiones amoris subeundas accõmodatior: quanto res concupita fuerit excellentior. & quanto æquius Sophroniam amas: tãto iniquius de Fortuna conquereris: Dum tibi uidetur eam abs te honestius amari potuisse/ si alteri potius q̃ mihi denupsisset. Verum si tu prudens ac circũspectus es: prout esse consueuisti: profecto cognoscere debes te plurimum debere Fortunæ: Quæ Sophroniam mihi q̃ alteri fouendam dare maluerit. Et enim quiuis alius maritus suorum potius q̃ tuorum amorum rationem habendam esse duxisset: Quod minime cadit in meos mores: Si me tam tibi: q̃ qui maxime sit: amicum esse credis? Cuius rei argumentum uel hoc sit/ q ego postea q̃ sumus iter nos amicicia copulati/ nihil habuisse me memini/ quod nõ tibi quoq; commune foret. quin etiam hæc res nisi in eum locum adducta esset/ ut reuocari non posset/ id in præsentia quoq; facerem/ quod reliquis in rebus a me semper antehac est factitatum. Sed cum Sophronia in ea sit adhuc apud me conditione/ ut tua effici possit/ tua mediusfidius per me efficietur/ Cum non uideam/ in quo tu beniuolentiam meam debeas magnifacere/ nisi ego quoq; nouero tibi morem gerere ac gratificari in eo potissimum/ quod honoste fieri potest. Nõ inficior Sophroniã mihi esse desponsatã/ & a me uehementer amari. cuius nuptias cupidissime p̃stolabar. Sed quoniã tu utpote me ipso curriosior rẽ tã d̃siderabilẽ ĩ credibili d̃siderio d̃sideras/

Viuito lętus:& esto securus: ppterea φ Sophronia nõ mihi sed tibi nubet:& in meũ thalamũ tua futura cõiunx deducet. Proin exuito curas: desine tristitudinẽ: & pristina ualitudine recuperata gaudibundus temet ipsum cõsolare: Et aio defecato oppitor fructus amoris tui suauissimos lõge amore meo pstãtioris. Titus q̃tũ uoluptatis capiebat ex hoc Gisippi sermõe pleno spei blãdientis:tantũ uerecũdia afficiebatur ostẽtante quo maior erat Gisippi liberalitas: eo maiorem suam ipsius fore ad eã usurpãdam procacitatẽ. Quãobrem cũ lachrymas cohibere non posset: ita respondit. Tua Gisippe liberalis ĩgenuaq; amicitia apertissime ostendit:qd me quoq; ĩ mea facere deceat. Itaq; hinc Deus auertat: Vt ego illã unq̃ abs te recipiã in uxorem:quã tibi tanq̃ digniori Fortuna concessit: Quæ si nouisset hanc mihi cõuenire/neq; tibi neq; alteri eam tradidisset: Vtere igitur lætus sorte tua. Vtere Fortunæ dono: neq; sinito quęso ĩter iuges lachrymas tabescer: quas mihi utpote homini tãta cõmoda nõ merẽti fortuna parauit: Quæ mehercules lachrymæ aut a me superabuntur:id quod erit tibi periucũdũ: aut me supabũt: Et ego hoc gliscente ĩ dies cruciatu liberabor. Ad hęc Gisippus Tite inqt:si a beniuolẽtia nostra tãtum ĩpetrare possum:ut tu meæ uoluntati obsequaris: & si ab eadẽ tibi psuaderi potest:ut obseq nõ nolis:hoc illud est:ĩ quo potissimũ decreui ipsius amicitiæ beneficio uti: Et si precibus meis nõ reluctaberis:efficiam ut tu

Sophronia potiaris/eamq; uim adhibebo/qua ĩ amici bonis uti debemus. Noui q̃tæ ſint Cupidinis uires/q non ſemel ſed ſępiſſime amãtes pduxit ad obitus miſerabiles. Et talibus te amoris pedicis illaqueatũ eſſe ſentio / ut neq; regredi poſſis / neq; lachrymas ulla ratione cohibitas moderari. Tibi uero ĩpatibiles Cupidinis uredines pferre nequeũti/atq; ob id ipſũ obeũti ſuperſtes plane eſſe nolim / teq; ociſſime ſubſequar/ Quo circa & ſi nulla alia inter nos cauſa eſſet mutuæ beniuolẽtiæ: Tamen cupio te uiuere/ut ipſe quoq; uiuam. Scitoq; uitam tuam uel ob hoc mihi eſſe iucundiſſimã. Igitur erit tua Sophronia/cũ haud facile aliã reperire queas/quæ tibi tantopere placitura ſit: Et ego amorẽ meũ nõ ſane difficulter ĩ alterã trãſferẽs/& tibi & mihi ſatiſfecero / cui negocio obeundo fortaſſis nõ ſic propenſus forẽ: Si tã raro tãq; difficulter uxores reperirẽtur: q̃ raro q̃q; difficulter amici ueri reperiuntur: Ideoq; cũ ego poſſim facillime uxorẽ alterã inuenire/ amicũ uero alterũ difficillime: Malo uxorẽ amittere q̃ amicũ. Immo nec uxoris iacturã patiar: ſi eam tibi cõceſſero. ſed ex bona in meliorẽ fortunã eam tranſtuliſſe: neq; amicum perdidiſſe exiſtimabor. Proin ſiquid apud te pollẽt p̃ces meæ. te rogo quęſoq;: ut hac ęgritudine depoſita te meq; ſimul conſoleris: Et optima ſpe fretus cõſtituas eam capere uolũptatem: quã tuus feruẽtiſſimus amor exoptat. Titus partim pudore ſuffuſus: q ĩdecorũ eſſe exiſtimaret/ut ipſi Sophronia de-

ſponſaretur, partim ſtimulãte Cupidine & hortamẽtis Giſippi uigoratus ſic loquitur. Nutabundus ſum Giſippe & incertus / utrum magis tuo an meo deſiderio obſequar / utrum id facere debeam quod tibi tantopere roganti placiturum eſſe confirmas. Et quoniam tua erga me benignitas tanta eſt / ut meã exuperet uerecundiam / id efficiam quod rogas / Tibiq́ȝ ſit exploratiſſimum me tibi non ſolum optatiſſimam ſponſam / ſed ipſam uitã acceptã referre. Dii faxint / ut ego olim partim in fortunis tuis amplificandis ptim in honoribus cumulandis poſſim tibi oſtendere meã erga te beniuolentiã & fidẽ / & tu cognoſcere queas q̃ mihi gratum fuerit hoc tuum ĩ me ſingulare beneficium, ĩ quo tu meipſo erga meipſum indulgẽtior extitiſti. Ad hęc Giſippus. Tite ĩquit ut hoc negociũ adamuſſim peragatur mihi ita agendum uidetur. Optime noſti quẽadmodum mihi Sophronia poſt diutinas meorũ neceſſariorum conſultationes fuerit deſponſata. Ideoq́ȝ ſi nũc eam uxorẽ repudiauero pturbatio mehercules maxima & tumultus exorietur inter utriuſq́ȝ conſanguineos / neq́ȝ ego id magnifacerem / ſi uel ſic ipſa tibi uxor traderetur, ſed uereor ne ſi hoc pacto res agatur / cognati eã alteri ſtatim deſpondeant: amboq́ȝ puella cupita ſimus uiduati / Quo circa mihi uidet̃ / ſi modo tibi idem uideatur ut ego ĩ id ĩcũbam / quod iãpridẽ incoaui, hoc eſt ut Sophroniam tãq̃ uxorem meam domũ ducã / & nuptias ſponſali ritu conficiã. Tu dein

furtim sicuti commodissime inter nos cócinabimus: cũ illa pinde ac uxore tua furtim concũbes. Mox ubi uisum fuerit tẽpestiuũ: rẽ omnẽ patefaciemus, quod si a cognatis nó improbabitur bene erit. sin minus tu tamen uoluptati tuæ satisfeceris. Et cũ id quod factũ est fieri infectum nó possit: necessum erit, ut illi uelint nolint rem ipsam approbare cogãtur. placuit Tito tale cõmẽtum. Quapropter Gisippus Sophroniã pinde ac cóiugem suã domũ ducit iã Tito ícolumi & ex ęgrotatione cõfirmato: Celebratisq; nuptiis cum iam aduersperauisset Matronæ paranymphæ nouã nuptã in thoro geniali collocãtes cubiculo ꝓpere facessunt. Erat thalamus Titi cum Gisippi thalamo cóiunctus & aditus inter utrũq; erat peruius. Itaq; Gisippus luminibus dissimulãter extinctis clanculũ Titum adit: eũq; admonet: ut cũ uxore sua cubitum eat. Quo audito Titus pudore suffusus uoluit ab ícepto desistere. Sed Gisippus qui nó minus re q̃ uerbis propẽsus erat ad expléda Titi desideria post diutinã disceptationẽ tandé hominem ítra cubiculũ ingredi cogit: qui cum primũ lectum genialem conscendisset: nouã nuptam familiariter interrogat: an ipsius uxor esse uelit. puella existimãs illum esse Gisippũ, se uelle respondet. Tũc Titus Sophronię digito annulum pronubum induit fabertime factum ac luculentum. Eamq; his uerbis affatur. & ego uolo tuus esse maritus. Inde cum Veneri cóiugali ambo oparentur ícredibili uoluptate afficiũ-

tur: Neq̃ unq̃ Sophronia satis dispicere potuit non Gisippum eē sed Titum qui secum singulis noctibus concũberet. Cũ hoc pacto ꝓcederet Titi Sophronięq; cõiugium: moritur Romę Publius Titipater. Extẽploq; ad illum litteræ affereuntur: quibus admonetur: ut sine cunctatione Romã remigraret ad res suas oẽs componẽdas. Quo accepto destinat Titus secũ ducere Sophroniã / rẽq; cũ Gisippo cõmunicat. Hoc autẽ non facile nec satis cõmode fieri poterat. nisi Sophroniæ prius rem omnẽ derexisset. Quapropter illam in cubiculũ introductam de rebus omnibus prout transactæ fuissent ambo cõmone faciunt: Validissimisq; argumentis Titus cuncta cõfirmat. Tunc Sophronia cum toruo obtutu utrũq; cõspiceret paulũ indignabũda prorupit in lachrymas: & ubertim flens dolum ĩ se Gisippi detestatur. Mox nullo super hac re emisso uerbo domũ paternam repetens parentibus cũcta denarrat / Et queãdmodum ipsi ambo fraude Gisippi fuerĩt circunuenti. seq; non Gisippi / ut opinabantur / sed Titi coniugem esse. Hoc patri acerbum indignum contumeliosum uideri. ipse cũ suis Gisippiq; cognatis super hac re dolẽter cõqueri. Hinc contentiones rixęq; inter utrosq; non modicæ fieri. ĩuisus erat iã Gisippus nõ solũ Sophrõiæ necessariis / sed ẽt suis. oẽs asserẽt eũ nõ solũ rephẽsiõe sed atroci punitiõe eẽ dignissimũ Gisipp9 rẽ se honestissimã fecisse cõtẽdere / ob quã Sophroniæ consanguinei sibi gratas gratias meminisse deberent:

cum illa meliori generosioriq; nupsisset. Titus hęc oĩa intelligens maxima anxietate afficiebatur. Idẽ cognoscebat morem peculiarem esse græcoꝝ: ut tãtisp uociferationibus minisq; cõtendant/donec aliqui reperiãtur qui fidenter ac uiriliter cõgrediãtur: Tunc nõ solũ illos meticulosos sed uilissimos ĩertissimosq; existere. Itaq; existimans illoꝝ cõtumelias atq; cõuitia nõ ulterius esse tolerãda: animo Romano p̃ditus/& prudẽtia attica decoratus cognatos Gisippi atq; Sophroniæ in unũ oẽs cõuocat. Quo in cetu ipse solo Gisippo comitatus ita disseruit. Opinantur cõplures philosophi oẽs omniũ mortaliũ actiones deoꝝ ĩmortaliũ prouidẽtia fieri atq; gubernari. Ideoq; affirmãt qcqd a nobis fiat id omne fato & necessitate fieri. Alii uero autumant hanc necessitatẽ fato esse attribuendam. Quæ philosophoꝝ opiniones si diligẽter pẽsitatæ fuerint: satis apte demõstrabit̃: eos prudẽtiores diis ĩmortalibus uideri uelle: qui uolunt illa refellere: quæ neq; corrigi possunt neq; mutari. Enim uero credere debemus ab ipsis diis optima ratiõe errore nullo nos nostraq; regi ac gubernari. Est.n. mediusfidius stulta ac belluina temeritas uelle reprehẽdere deoꝝ operationes. Et arctissimis illi catenis uinciẽdi plane sunt: qui impudẽtissima ꝑcacitate ad fata deoꝝ criminãda p̃cipitãter ruũt: ĩter quos sicut ego sentio uos estis annumerandi: si uera sunt illa: quæ audio uos iãpridem dixisse & quotidie dictitare. Culpatis enim uehementissime: q̃ Sophronia

mihi nupserit: quã uos Gisippo desponderatis. Enim uero cõsiderandũ uobis fuit:& curiosissime pensitandum: quẽ admodũ fata a principio cõstituerãt: Vt Sophronia nõ Gisippo: sed mihi ĩ matrimoniũ collocaretur: sicut ipsa res ĩ pręsentia apertissime ostendit. Cęterum qa multis anceps & difficillimũ uidet̃ loq de diuina ꝓuidẽtia asserẽtibus deos nullã agere curam reꝝ humanarũ: mihi placet descẽdere ad hominũ cõsultationes. Vnde sup his rebus sermocinaturus duo efficiã necesse est moribus meis minime cõgruẽtia. Vnũ est: ut me ipẽ laudẽ & ostẽrem: Alteꝝ ut alios uituperatione consecter: Verum id faciã modestissime hoc est quatenus causa ipsa exigere uidet̃ / neq; digitũ ut dicitur trãsuersum ab ipsa ueritate discedam. Vestrę cõtumeliæ furore magis q̃ ratiõe stimulatę atrocissimis criminatiõibus uituperãt lacerãt insectanturq; Gisippum: Propterea ꝙ eam mihi uxorem suopte consilio tradidit: quam uos illi uestra sententia cõcesseratis. In qua re ego existimo Gisippum laudandum: idq; pluribus argumẽtis cõfirmabimus. Primo fecit Gisippus id qđ amicũ pro amicissimo facere decet: Dein ipsius factũ prudẽtius cõsultiusq; q̃ uestrũ iudicamus. Mitto in p̃senti enarrare quid sanctissimæ leges amiciciæ pręcipiant. quid moneant ab amico in amici causa eẽ factitandũ. hoc solũ dixisse contentus sum ꝙ uinculũ amiciciæ arctius ualidiusq; humanos aíos cõnectit: q̃ ius consanguinitatis: quoniam amicos eos habemus /

quos ipsi deligimus: Affines uero & necessarios Fortu na & casus assignat. proinde nemo uestrũ debet admí rari: si Gisippus qui mihi est ĩtima familiaritate copu- latus: pluris fecit uitã meã q̃ uestrã oĩum beniuolẽtiã. Sed iam secũdũ argumentũ explicemus quo demon strandũ est Gisippũ uobis fuisse prudentiorem: Cum de deoꝝ prouidẽtia uos ut mihi uidetur nihil prorsus intelligatis & multo minus calleatis quid efficere pos- sit amicitia. Dicimus itaqꝫ ꝙ uestra cõsideratio. uestra solertia. uestrũqꝫ consiliũ desponderant Sophroniam Gisippo: q & iuuenis est & philosophus. At Gisippus eã tradidit mihi iuueni pariter & philosopho. Vos eã uxorem dedistis homini attico. Gisippus homini Ro mano. Vos spõso generoso. Gisippus generosissimo. Vos diuiti. Gisipp9 ditissimo. Vos iuueni Sophroniã despondistis illã non solũ non amanti sed pene fasti- dienti. Gisippus iuueni qui eam supra suas fortunas oẽs amabat. Quæ illi erat ipsa uita iucundior: Quod autem uerissima sint cuncta quæ dicimus: ꝙqꝫ gisippi factũ magis sit laudabile: q̃ id qđ uos factitastis: Sin- gula singillatim pensitentur. Me iuuenẽ esse & philo- sophũ sicut ipse Gisippus est: habitudo mea & studiũ sine longa sermocinatione ostendere possunt. Eadem est mea & Gisippi ætas. In studiis litterarũ ambo pari semper gradu pariqꝫ uoluntate ꝓfecimus. hoc uero ĩfi ciari nec uolo nec possũ. illũ athenĩẽsem: me eẽ Roma nũ. ꝙ si đ patriæ nobilitate & gloria disputãdũ ẽ: dicã

liberæ ciuitatis me esse ciuem Gisippi uero patriã esse uectigalẽ ac stipẽdiariam. Dicam me in ea natum esse urbe: quæ toti terrarum orbi dominetur: illum in ea: quæ patriæ meæ obsequatur. Dicam illius urbis me esse alumnũ: que armis imperio & studiis litterarum sit florẽtissima: Cũ Gisippi patria solis litteris censeatur. Preterea q̃uis uos hic me scholasticum eẽ despectissimũ sordidissimũq; existimetis/nõ sum propterea generatus ex fece populari imaq; plebecula. Aedes meæ in urbe Roma illustrissimæ refertissimęq; sunt uetustissimis maiorꝝ meorũ imaginibus. Et annales maximi scatẽt titulis triumphorum: quos proaui mei egerũt in capitoliũ: neq; imprẽsentiarum gloria nostri nominis extincta lãguescit. sed ĩ dies magis magisq; iuuenescit. Omitto præ pudorẽ enumerarẽ diuitias meas luculentas. Cũ aĩo meo infixũ sit honestã paupertatem uetus esse copiosumq; patrimoniũ nobiliũ ciuiũ Romanoꝝ. q̄ si paupertas apud uulgus ignobile probrosa iudicatur: si diuitiæ in honore ac precio habentur: Ego possideo opes amplissimas utpote Fortunæ alumnus. Non me præterit uobis affinem carꝝ fuisse & esse debuisse Gisippum. Sed non ego minus uobis carus eẽ debeo: si cogitaueritis Romæ me uestrũ futurum hospitem frugi ac diligentem. & in rebus tam publicis q̃ priuatis optimũ strenuissimũq; patronum. Quis igitur posthabito appetitu & adhibita ratione consilia uestra Gisippi mei cõsiliis anteponet? ꝓfecto

nullus. Est ergo Sophronia bene nupta Tito Quintio Fuluio nobilissimo ãtiquissimo locupletissimo ciui Romão Gisippiq; amicissimo: Quapp qsqs ob id dolet atq; ingemiscit:nõ id facit quod eũ facere æquũ est:& quid faciat nescit. Erunt forrasse nõnulli qui dicent Sophroniã non tantum ob id indignari. q titi sit uxor effecta. quãtum dolere ac lamentari sup fraude ac dolo:quo maritũ titum sortita sit. q clãculũ & furtim nullo amicorũ conscio oibus cõsanguineis ignorantibus tito denupserit. Atqui hoc neq; mirandũ est: neq; nouũ inauditũq; cõtingit. Pretermitto illas quæ inuitissimis patribus ac relucrãtibus maritos sibi ipsæ repererunt. Pretereo eas quæ amatores suos sequutæ larem familiarẽ ac ipsos parẽtes deseruerũt: & ante cõcubinæ fuere q̃ nuptæ. Pretermitto illas quoq;: quæ prius pgnatiõe & fœtu q̃ uerbo & ore matrimonia sua impudica detexerunt. In quibus necessitate id euenit: qd in Sophronia nõ accidit. Immo ordine & ritu nuptiali solerter & sancte eã Tito Gisippus uxorẽ in legitimum matrimoniũ collocauit. Scio nonnullos futuros:qui querãtur Gisippum maritasse Sophroniam id quod ad ipsum minime pertinebat. Stultæ profecto tales sunt conquestiones atq; fœmineę:& a nulla prudentia prouenietes. Nõ ne hoc tẽpore Fortuna utitur uariis nouisq; consiliis? nõ ne instrumẽtis multiplicibus res deducit ad exitus constitutos? Quid ad me si sutor potius q̃ philosophus negocium meum optime

confecerit:idq; uel clam uel palam factitauerit. dũmo
do finis sit ipse probãdus: meum est opus prouidere:
ne deinceps furor, maxime si ĩprudens est: possit meis
se rebus ĩgerere. sed pro eo quod fecit gratias illi agere
debeo. Similiter si Gisippus Sophroniã mihi despon
sauit uobis nescientibus. stultitia supuacanea est ob id
conqueri & indignari: quod conducibiliter factũ est.
Si diffiditis Gisippi prudentiæ: Imposterũ prouidete:
ne ipse eãdem amplius maritandi habeat facultatem.
Et pro eo quod fecit: homini gratias agite. Cęterũ hoc
ĩ primis scire debetis: me neq; p fraudes neq; p uafra-
mẽta uoluisse afficere ignominia ac nota nobilitatem
ac generositatẽ uestræ familiæ. Nã quis Sophroniam
furtim ac dissimulanter uxorem acceperim: attamen
non sicut raptor eã uiolauí: neq; sicut hostis impudice
habui & cõtumeliose: neq; affinitatem uestram habui
despicatui. Verũ cũ ego Sophroniæ exuperãti formo
sitate inflãmatus ęstuarẽ, uiderẽq; me nequaquã illius
cõnubio posse potiri: si eã a uobis prout fieri solet de-
poposcissem: Propterea q uos timuissetis: ne a me Ro
mano Romam deportaretur illa: Quæ a uobis miran
dum in modũ diligebatur, Vsus sum, fateor, arte clan
destina. Quæ nunc uobis facta est manifestaria: Effe-
ciq;: ut Gisippus meo nomine nuptias cõficeret: quas
suo facere renuebat. Præterea q̃uis ego efflictim So-
phroniam deperirem: non tamen ut amator: sed ut le-
gitimus cõiunx suos optatissimos ãplexus cõcupiui:

Etenim ipsa locupletissimum exhibere potest testimo niũ: nõ prius cũ ea me cõcubuisse: q̃ uerbis solitis atq; conceptis: & annuli arrabone legitima mihi uxor effi-ceretur. Cũ eã interrogauerim: an mihi nubere uellet. & ipsa se nõ nolle responderit. Quod si deceptam esse se existimat: non sum ego coarguẽdus: sed ipsa obiurganda: Quæ quisnã ego forem quęrere supersederit. hoc ergo/ut semel finiã/est illud atrox delictũ: hoc est illud maximum flagitium: hæc est illa capitalis fraus quam ego amore rabescẽs una cũ Gisippo cõmentus sum. ut. s. Sophronia clãculũ atq; secreto ignara nuberet Tito Quintio: ob hoc Gisippũ obiurgatiõibus in-cessitis: Gisippo isidias paratis. Gisippo minitamini. Quid amplius q̃so faceretis: Si eã homini rustica no: si seruo. si nequissimo tradidisset? Quæ cathenæ/q carcer: quod patibulũ sufficerẽt ad Gisippũ puniẽdum? Sed iam hæc missa faciamus. Venit tẽpus quod a me nõdum expectabatur/ Videlicet ut pater meus more-retur/propter cuius obitum mihi necessum est Romã remigrare. Quo circa cũ mihi in animo sit Sophroniã in patriã mecum ducere uelle: Vobiscũ ea cõmunica-ui: quæ alioquin adhuc occuluissem. si prudẽtes eritis: hoc animo ęquissimo feretis. Nam si uos fallere/aut contumelia afficere uoluissem: poteram Sophroniam uobis illusam ludificatãq; relinquerẽ. Sed hoc Dii ꝓhi beãt: ut ĩ Romão spiritu tãta labes tãtaq; neq̃tia queat hospitari. Erit igit̃ mea Sophronia partim pp uolũta-

tem Deorum & auctoritatē legum humanarum. partim ꝓpter laudabilē Girippi mei solertiā & mei ipsius astutiā amatoriā. Cæterū quosmetipsos diis hoībusq; sapientiores esse censetis: hoc omne negociū uituperationi ac probro insipienter dare uidemini. Idq; duabus potissimū de causis: quarū una hęc est: ꝙ Sophroniam mihi eripientes nulla probabili ratione polletis. Altera ꝙ Gisippū perīde ac inimicū habetis: cui haud immerito uos omnes estis obnoxii: qua in re quāta sit uestra insipientia: quātaq; temeritas nolo in præsentia enarrare copiosius. Verū uos tāq̄ amicos amicus amice moneo & hortor: ut omnes indignationū turbellas deponatis: ut omnis iracundia abiiciatur: oīa conuitia aboleantur: Et mihi Sophronia restituat̄: Vt ego gaudibundus uobisq; affinis non inuisus hinc possim in patriā repedare, ubi uiuā uobis semper deditus & mācipatus. Nam quod a me factū est: id infectum nullo pacto fieri potest, siue uobis gratū futurū sit siue ingratissimū. Quod si uotis meis refragrari destinaueritis: ego uobis eripiam Gisippum: & si Romā unquā appulero illam mediusfidius uobis inuitissimis recuperabo: quæ uxor mea legitima est. Et inimicitias uobiscum truculētissimas exercens uobis planū faciā q̄ sint uehementes animorū Romanorū indignationes. Postq̄ lōga satis & luculēra oratione Titus perorauit ex subsellio surgēs uultu tristissimo & frōte corrugata Gisippi manum apprēdit. Et cunctos illos se paruifa-

cere simulans quassanti capite minitabundus inde fa-
cessit. Illi uero: qui intus cõmorabãtur: partim argumẽ
tis Titi ꝓuocati ad affinitatem amicitiãq; ipsius ineũ-
dam: partim nouissimis illius uerbis pauefacti / iter se
constituerunt utilius fore & cõducibilius Titũ recipeꝛ
affinem / cũ Gisippus affinitatẽ recusauerit: q̃ Gisippũ
amicũ ꝑdidisse: & Titũ inimicũ cõparasse. q̃obrem si
mul oẽs egredientes Titũ cõueniunt. seq; nõ nolle de
monstrant: ut Sophronia ipsi ĩ matrimoniũ collocet:
& illius affinitatẽ se plurimi facere ostẽdunt. Gisippũ
aũt ut amicũ optimũ cõplectũt: Et cũ festiuitati atq;
letitiæ / qualia affines decẽt: genialiter indulsissent:
inde discesserunt: Sophroniã Tito remittẽtes: Quæ
ut prudentissimã matronã decebat: necessitati / quam
ne Dii q̃dem superant: cedendũ rata omnẽ extemplo
amorẽ / quo Gisippũ prosequebatur: trãsfudit in Titũ
& cũ eo Romã ꝓfecta est: ubi honorificẽtissime a Titi
necessariis familiaribusq; accipiũtur. Interea Gisippus
Athenis relictus fere ab oĩbus floccipẽdebatur: qui in
tra breuissimũ tẽpus propter ciuiles aliquot cõtrouer-
sias in egestatẽ atq; calamitatẽ delapsus: & mox Athe
nis exterminatus in exilium sempiternum relegatur.
Vbi egestosus uitam ęrumnosissimam agens tãdem
Romam cõmigrauit: hoc cõsilio ut Titi benignitatẽ
experiretur. Cognitoq; eum esse superstitem & apud
Romanos oẽs gratiosum ac fauorabilẽ: ad ędes eius
accedit. Quæ haud dubie erant magnificẽtissimæ: &

ante uestibulum consistens quoad Titus domum re-
diret prestolat᷑. Iã redierat e foro Titus. Iã domũ ĩgre
dit᷑. sed eũ Gisippus nõ audet affari memor illus: qua
id temporis uexabat᷑, calamitatis. nauiter tamen ope-
ram dat: ut a Tito uisatur: & recognitus introducatur.
Cęterum Titus ĩtrogressus haud quaq̃ Gisippũ reco-
gnouit utpote squalidũ sentũ atq; pãnosum. Qua-
propter Gisippus cũ existimaret se a Tito fuisse reco-
gnitũ, & ꝓpter sordes fastidienter reiectũ: memor pri-
stini beneficii, quod ĩ Titũ ipse cõtulerat: Indignabun
dus rebusq; deploratis inde discedit. Et cũ iam adue-
sperasceret esuritione cõfectus, pecunia defectus, mor-
tis cupidus ad locũ urbis Romæ ĩcultũ desolatumq;
peruenit: Vbi tenebricosam speluncam ĩgreditur: illic
eam noctem quieturus: Ibiq; humi cubãs iugibus fle-
tibus debilitatus tandem somno succumbit. Forte ad
hunc specum nocte intẽpesta aduentãt fures duo cum
preda: quã ea nocte compilauerant. Exortaq; inter eos
nocturna rixa: alter qui erat ualentior, infirmiorem al-
terum trucidat: hoc sentiens uidensq; Gisippus existi-
mauit se uiã ad mortẽ optatissimã facillime reperisse:
neq; opus esse: ut sibimet necem gladio manu sua con
sciscerer: Illicq; se tãtisper cõtinuit: Donec familia Præ
toris eo re cognita ꝑuenit: a qua Gisippus tãq̃ reus ho
micidii uincitur, iniectisq; cathenis furẽter abducitur:
qui cum ĩ quæstione de rebus singulis interrogaretur:
haud cunctãter se homicidã esse cõfessus est. Quam-

obrem Prętor: cui. M. Varroni nomen erat: iussit ut ex more Romano in crucẽ tolleretur. Forte id horæ uenerat Titus ad Prætoriũ tribunal: qui curiosissime contẽplans cõdemnati faciem tanq̃ noscitabũdus ad hominẽ ꝓpius accedit: admiratusq; ærumnosam hominis amicissimi Fortunã, cũ uehemẽtissime cuperet Gisippo periclitãti opitulari, nec ullã rationem ipsius saluti accõmodatam uideret: Tale cõmentum cõminiscit᷑. Accedit proxime ad sellã Prætoris, & uoce cõtentissima clamitans ait. Marce Varro iube ĩfortunatũ hominem reuocari: quẽ tu morti adiudicasti. Est. n. ĩsons, & huius homicidii penitus expers. Ego satis supq; satis Deos ĩmortales offendi illũ iugulãdo: quem ministri tui matutino iugulatum reperũt: nec æquũ sane est: ut maiori nunc iniuria Deos afficiã ꝑmittens hominem innocentẽ trucidari. Varro uehementer admiratus maximo dolore affectus est: ꝙ Titi uerba ab omnibus palatinis excepta fuissent: qui cũ nõ posset habita honoris sui ratione discedere ab eo, qđ leges ac iura ꝑcipiũt: Iubet Gisippum iam in Orci familia numeratũ reuocari: Et coram Tito. quid tu ĩquit tam stultus eras: ut sine ullis tormentis te id fecisse fatereris: quod nusq̃ ꝑpetraueras: maxime cum talis causa foret capitalis: dicebas te illum esse: qui proxima nocte feceras homicidium. Ecce Titus adest, qui ultro fatetur se esse parricidam asserens illum non abs te sed a seipso fuisse peremptum. Gisippus curiose prospectans Titum reco-

gnoscit & facile intelligit istud a Tito fieri salutis suæ causa: utpote hoie non immemore pristini beneficii. Quapp prę nimia pietate lachrymabundus: Varro inquit ego hominē occidi. Et iam Titi pietas nimis sera est. Ecōtrario Titus Prætor aiebat. hic quēadmodum uides pegrinus est: & sine telo iuxta cadauer occisi rep tus: Ex quo cōiectare potes hūc hominē ęrumnis oppressum mori cupe: Proīde eum impunitū dimittito: & me qui deliqui morte multato. admirabatur nō parū Prętor istoꝝ duoꝝ maximā cōstantiā: & iam præsagibat animus neutrū sontē esse debere: Et cum secū quo pacto uterqꝫ absolueret animo agitaret: Ecce superuenit quidā iuuenis nomine Publius hō uitæ profligatissimæ & apud cūctos romanos ob furta cognitissimus: q illud mehercule homicidiū perpetrauerat. hic cū pculdubio sciret neutrū illoꝝ esse cōscium eius criminis, cuius semetipsum participē esse uterqꝫ asserebat: tāta cōmiseratione affectus est propter utriusqꝫ insontis īnocentiā: ut ipse suapte spōte Prætorē adiuerit: eūqꝫ his uerbis sit alloquutus. Mea Prætor facinora me impellunt ad difficillimā horum quęstionem explicādam. Nescio quis deus pręcordia intus exagitat, & mentem extimulat: Vt ego meipsum deferā, etiam crimen meū patefaciā. Scito igitur neutrum istorum esse huic culpę obnoxium. Ego mediusfidius is sum: qui illū hominē, de cuius cede altercatio istæc exorta est: occidi matutina hora circiter diluculum; & istum

infortunatũ:qui hic adeſt:uidi ipſe dormientem: dum furta cũ illo partiebar: quem paulo poſt interemi. non opus eſt:ut ego Titum excuſem:ſua illũ fama ſatis ex cuſat : quæ ubiq; gentiũ ſplendidiſſima eſt/eũ nõ tam turpi labe eẽ maculoſum. Itaq; utrũq; abſoluito/& me ſontem ea pœna afficito : quã leges pręcipiunt. Iã hæc res peruenerat ad aures principis Octauii : qui cunctis accitis ſingula curioſe cognouit:& cũ ſingillatim q̄cq; denarraſſet/Princeps duobus quia inſontes erãt liben/tiſſime pepercit/& tertium/q ſons erat/ cauſa Giſippi ac Titi incolumẽ iuſſit abire. Titus cum Giſippi diffidẽtiam timiditatẽq; clementer obiurgaſſet mira lætcia hominem complexus ad ædes ſuas deducit/Vbi Sophronia pientiſſimis lachrymis Giſippum perinde ac fratrem hoſpitaliter ſuſcipit/& ſuſceptum honorificentiſſime proſequitur ac fouet/cum quo iã refocillato/iã beneueſtito/iam in habitum ſuę uirtuti congruentem reformato Titus oẽs ſuos theſauros/prædiaq; cõmunicat/eiq; ſororem nomine Fuluiam adhuc uirgũculã ĩ matrimoniũ collocat. poſt hęc cũ Giſippo ita ſermocinatur. In tua iam manu atq; arbitrio eſt Giſippe ſiue uelis hic apud nos cõmorari/ſiue athenas remigrarẽ cũ rebus his oĩbus/quas tibi dono dedimus. Giſippus cũ hĩc exiliũ a patria ꝓcul eius animũ uellicaret/Inde beniuolentia/qua Titum ꝓſeq̄bat᷑/ cõmoueret/Tãdem deſtinat Romæ uiuere uelle efficiq; Romanus . Vbi ipſe cum Fuluia/Titus cum Sophronia in eadẽ domo

iucundissime diutissimeq; uixerunt indies magis ac magis gliscente iter ipsos mutua beniuolétia. Est me- diussfidius sanctissima res Amicitia:& nõ solũ singulari ueneratione digna: sed æterna laudatione decorãda: utpote genitrix optima magnificentiæ & honestatis: germana beneficẽtiæ ac charitatis. Inimica odii & auariciæ: semper prompta: semp q; propensa ad ea ꝑ altero strenue peragenda: quæ pro se alteꝝ uellet operari: neq; preces expectans neq; blanditias expetens. Cuius effectus probatissimi hodierno die rarenter inter mortales cõspiciuntur/cuius rei causa est hominũ cupiditas inexplebilis: qui propriæ tantũmodo utilitatis rationem habẽtes Amicitiam ad penitissimas orbis terras exterminarunt extorrẽq; fecerunt: Quæ res: Quæ diuitiæ: Quæ affinitas efficere potuissent? ut lachrymæ æstus suspiria Titi intra ꝑcordia Gisippi ita penetrassent: ut ipse sponsam suã formosissimã generosissimã optatissimã alteri cõdonaret? nisi Amicitia: Quæ leges: Quę minę: q pauor potuisset cohibere brachia Gisippi ĩ locis tenebricosis ab amplexibus speciosissimæ puellæ ipsum nõ nũq̃ forrassis lacessentis? nisi amicitia. Quæ cõditio: Quæ merita: quod emolumẽtũ Gisippo persuasissent. Vt iacturam suoꝝ Sophroniæ propinquoꝝ floccifaceret: ut rumusculos populares cõtemneret. ut conuitia illusiones uellicationesq; maledicentissimoꝝ pro nihilo penderet: dũmodo amico obseq̃retur? nisi Amicitia: Ecõtrario quid Titum promptissimũ para-

tissimũq; facere potuisset ad mortẽ appetẽdã: ut Gisippum liberaret a tormento patibuli: cum p̃sertim posset honeste dissimulare se nõ nouisse Gisippum? nisi Amicitia. qd Titum fecisset adeo munificũ adeoq; liberalem: ut sine cunctatione suum patrimoniũ cũ Gisippo diuideret: quẽ Fortuna oĩbus opibus spoliauerat? nisi Amicitia: Quid Titum inflãmare potuisset: ut sororẽ Gisippo sine mora despõsaret homini egẽtissimo & in extrema calamitate collocato? nisi Amicitia. Optent itaq; miseri mortales multas uxores: fratres copiosos/ sobolẽ filioꝝ numerosam/ & pecuniis augeãt numerũ famuloꝝ/ neq; respiciãt cogitentq;/ quẽlibet ex his magis: se ipsum amare q̃ alteꝝ/ magis ꝓpriũ uel minimũ formidare periculum/ q̃ curare/ ut maximũ infortuniũ a patre aut a fratre aut a domino propulsent/ cum ab amico erga amicum oĩa secus fieri uideamus.

Secũda Mythica Hystoria in latinum e uernaculo sermone conuersa.

C Yprus insula est/ quõdã nouẽ regnoꝝ sedes/ oppidis nobilibus ĩclyta/ & agroꝝ fecunditate nulli pene ĩsulaꝝ postferẽda/ In qua sicuti priscis Cyprioꝝ annalibus proditum est/ Fuit olĩ Aristippus homo haud dubie nobilissimus/ & omnium popularium lõge locupletissimus/ poteratq; & esse & dici merito felix/ nisi eius felicitatem unica ĩ re Fortuna obnubilasset/ Nãq; ĩter cõplusculos filios unus illi erat/ qui proceritate staturæ &

eximia totius corporis pulchritudine reliquos omnis adoleſcẽtes longe ante ibat uerũ inſanus & uecors: cui Galeſo nomẽ inditũ a parẽtibus fuerat. ſed quia neq; doctrina prçceptoris / neq; caſtigatiõibus patris: neq; ſolertia educatoris litteras aut bonos mores unq̃ percipere potuerat / Eratq; uoce abſona / lingua infacũda / moribus belluinis magis q̃ humãis prçditus / ludibrii cauſa ab omnibus Cymon nuncupabatur. quo nomine lingua cypria beſtius ſignificatur. Cũ pater filii uecordiã çgerrime ferret uideretq; illius ſpem omnẽ eſſe penitus deploratã / ne prçſentario quotidie dolore afficeretur / Cymonẽ amandatũ uillicari iubet & ꝓcul a rebus urbanis cũ uilliconibus exercere agricolatiõnẽ quæ res Cymoni fuit pq̃ iucũda utpote homini minime politico amãtiq; magis mores ruſticãos q̃ ciuiles. Is ergo dũ res uillaticas curat / & in ꝑdiis colendis opæ plurimum ſtudiiq; cõſumit / forte die quadam accidit ut hora poſt meridiana ſolus obeũdo paternos agros unico tantum Scipione comitatus ingrederet̃ nemus puſillũ quidẽ: ſed quod in illis regiõibus ameniſſimũ foret: Et tunc cũ eſſet menſis Maius uernaq; tẽperies: frõdibus ueſtitiſſimũ uiſebatur. cũ iſtic ocioſe iambularet Cymon Fortuna duce pedentim ĩtrat pratulum pq̃ exiguũ: quod ꝓceriſſimæ arbores undiq; ſepiebãt In cuius angulo fons lympidis aq̃s frigidiſq; ſpectabilis ſcaturiebat. iuxta quẽ uidet ſupra uirẽtes herbas puellã dormientẽ perfecta formoſitate cõſpicuã: quæ

ueste adeo tenui atq; pellucida erat induta: ut nihil pe-
ne niuei coloris tegeretur. infra cincturã uelabatur lin-
teo cãdidissimo tenuissimoq;. prope eam ancillæ duæ
etiã pedisequus unus pariter sonum capiebant. hanc
ubi conspicatus est Cymon nõ aliter q̃ si nullam unq̃
prius fœminã uidisset attonitus hesit: Et baculo inni-
xus nulla edita uoce etiã atq; etiã mulieris faciem con
templatur: & mirabundus oris liniamẽta solertissime
rimatur. Inde paulatim ĩ rudi pectore crassisq; precor-
diis: intra quæ nullũ politicæ urbanitatis uestigiũ per
mille ante hac documenta penetrare potuerat: exorta
est noua cogitatio: quæ in aĩo alioqn pingui ĩcultoq;
discurrens sic ratiocinabatur: Nihil inter mortales hac
formositate puellari uisum eẽ formosius: Cepit dein
luculẽte fœminæ omnẽ habitudinem diligẽter explo
rare: & particulatim singillatimq; decorissima mẽbra
laudare. Capillos imprimis flauos admirari quos au-
rei coloris esse cẽsebat. Idem laudare frontem nasum
os ceruicem brachia pectus. repenteq; ex rusticano &
agricola factus arbiter & spectator elegantissimus for-
marũ uehemẽter cõcupiscebat uisere oculos: quos illa
somno marcẽtes ac lãguidos habebat occlusos. quos
Cymon: ut cõtueri posset: sepius uoluit puellã expge-
facere: sed cum pulcherrima ac uenustissima supra reli
quas omnis mulieres quas ullo tẽpore conspexisset si
bi uideret: Vereri cœpit ne una foret e numero deaꝝ.
neq; erat tã hebeti obtusoq; ingenio: quin diiudicaret

diuina mortalibus cœlestia terrenis uenerabiliora esse debere. ideoq; seipsum cohibẽs prestolabatur: ut sua pte sponte puella expgisceretur: & q̃uis ista contatio nimis lõga esse uideretur: tamẽ insolita uoluptate pellectus & spectaculo nouo captus illinc abire nõ poterat. Spectante itaq; Cymone & hac spectãdi uoluptate pfruente post interuallũ non modicũ expgiscit̃ puella: Cui Iphigeniæ nomẽ parentes ĩdiderãt: quæ sublato capite patefactis oculis conspicata Cymonem bacillo innixum ante seipam consistentem uehemẽter admiratur/eũq; his uerbis affatur. Quid tu Cymon id horę per hoc nemus inqris? Erat Cymon Cypriis fere omnibus cognitus partim sua fatua simplicitate/ partim nobilitate diuitiisq; paternis: qui ad Iphigenię uerba nihil respondens oculos figit in oculis puellæ: eosq; obtutu incõniuenti cõtuetur/existimãs ex illoꝝ fulgore manare suauitatem exupantissimã/quæ ipsius animũ afficeret inexpta uoluptate gaudioq; ĩcredibili / quod cũ uirgo aĩaduerteret uereri cepit/ne ille obtutus incõniuens & ĩmobilis mores hominis ĩcultos & inciuiles excitaret ad aliqd moliẽdũ/quod ĩ suũ ipsius dedecus redũdaret/ Quo circa excitatis pedissequis festinanter exurgens uale inqt o Cymon/& abiit. ad hæc subiecit Cymõ. ego uero puella te libẽtissime comitabor/Iphigenia quãuis illius cõmitatũ atq; comertiũ aspnaret̃: tamẽ hominẽ ab se abigere non quiuit/donec ad uirginis fores puẽtũ foret. Post hæc Cymõ domũ paternã

repetens obstinate affirmat se nolle amplius uillicari: & uitam rusticam culpãs incipit urbanam amplexari. hoc patri reliquisq; ꝓpinquis molestum eẽ cœpit: qui tamẽ tãtisper expectãdũ esse cõstituũt: donec ĩtelligãt causam tã repẽtinæ ĩ homine mutatiõis. Cũ itaq; ĩtra Cymonis ꝑcordia/intra quæ nullæ doctrinæ litteræq; ullo unq̃ tẽpore penetrauerãt: Cupidinis sagitta penetrasset: cũ Iphigeniæ pulchritudĩe captus mores repẽte mutasset: nõ parua admiratiõe parẽtẽ suosq; oẽs necessarios affecit. Primũ petit a patre: ut uestitu non minus nitido q̃ fratres uestiatur: quo facillime impetrato uitã ducere parat cũ politicis adolescentibus. Singula diligẽter ĩquirere & studiose rimari: quæ amatoribus cõueniãt. Idẽ cũctis uehemẽter admirãtibꝰ ĩtra breuissimũ tẽporis ĩteruallũ nõ solũ litteras didicit elemẽtarias. sed ĩter Philosophos excellẽtissimꝰ extitit. Causa uero tãtaꝝ reꝝ solus erat amor Iphigẽiæ/quo duce nõ solũ lĩguę hęsitãtiã emẽdauit/& uocẽ ex aspa ac fusca clarã suauẽq; effecit/sed ẽt Musicæ disciplinæ factus ẽ pitissimus. idẽ eq̃tandi doctissimus/ĩ re militari solertissimus/ĩ maritimis terrestibusq; expeditiõibus expientissimus existeꝛ/breuiterq; ne ꝑticulari uirtutes eius enumerẽ/ĩtra quadrieniũ iuuenis euasit ĩdolis ꝓbatissimę/ita ut modestior elegãtior pluribusq; animi dotibus decoratus/q̃ oẽs alii Cyprii adolescẽtes existimaret. Quid ergo de Amore ꝑdicabimus? q̃bus ꝑconiis Amorẽ extollemus? eq̃dẽ cũ ĩ aĩam Cymõis genero-

fissimam sydera natalicia uirtutes egregias ĩfudissent:
Fortuna ĩuida uinculis illas firmissimis uĩxerat inclu
seratq; intra p̄cordia: ut nullo pacto emergere possent:
& se se ostẽtare: solus Amor nodos illos dissoluit refre
gitq; : utpote ipsa Fortuna ualẽtior atq; potentior. qq;
ingenia sopita atq; marcescẽtia excitare subinde con-
sueuerit: eaq; tenebris ĩuoluta crassioribus sua ui ĩ lu
cẽ lucidissimã educere. & mehercules Cupido sępissi-
me solet ex locis tenebricosis extrahere spiritus gene-
rosos & in loca illustrissima suo fulgore p̄ducere. Igit̃
cũ Cymon amore Iphigenię exęstuãs nõnũq̃: ꝑut iu
uenes amorabũdi facere consueuerũt: a recto æquoq;
discederet: nihilominus Aristipus ęquo oĩa cũcta fere-
bat in filio: quẽ uidebat propter amorẽ ex ueruece &
rusticano factũ esse politicũ & urbanũ. quinetiã illum
nõ nũq̃ hortabat̃: ut oĩbus suis cupiditatibus obseque
ret̃. Cæterũ Cymon, q uero nomine Galesus dicebat̃
reminiscẽs se ab Iphigenia Cymonẽ quasi nomine cõ
tumelioso fuisse nũcupatũ: hanc notã tollere ac macu
lam abolere constituit. Et cum flagrãtissimas Amoris
uredines cup̄et emoderari frequẽter Cypseũ appellat
Iphigeniæ patrem ut sibi filiam despondeat. Ille uero
asserere se eam iãpridẽ despondisse Pasimũdæ iuueni
ĩter Rhodios iuuenes generosissimo: neq; datã fidem
uelle pręuaricari. Iamq; appetebat tempus pactaꝝ nu-
ptiaꝝ, iam sponsus spõsam miserat accersitũ: Tũc hęc
secũ Cymon. Iam tempus instat, quo tibi Iphigenia

demõstrem/quãto te amor complector/quãto tui desi derio ęstuē / tu me hominē ex bruto fecisti: me politicũ reddidisti. qđ si mihi dii cõcesserit ut ego te uxor potiar/tuoq; suauissimo cõtubernio fruar: nihil uereor quin Deo sim futurus q̃simillimus: & ꝑfecto aut moriar/aut possidebo te cõiugē. hæc secũ ratiocinatus ali/quot amicorũ nobili genere natos furtim cõuocat: cũ quibus cũcta cõmunicat: & quid fieri uellet ostendit mox clãculo nauigiũ ornat: rebusq; oĩbus instruit ad pugnã naualē accõmodatis: quibus adamussim pfe/ctis nauē cõscendit: & uētis uela cõmittit p̃stolaturus ĩ mari nauigiũ: quo Iphigenia ad maritũ i ĩsulã rhodõ trãsportari debebat. Iam sponsæ pater honorifice atq; hospitaliter acceparat rhodios homines missos a spõso. iam noua nupta nauē ingressa maritimũ iter capesse/bat. & rhodũ uersus ꝓrã uelaq; flexerant. Ecce Cymõ qui ad hoc uigilãter excubauerat: die ꝓximo aggredi tur nauē Iphigeniæ suo nauigio ad preliandũ ornatis/simo. & in puppi stãs ferociter in eos ĩclamat: qui spõ/sam comitabantur. state uiri/uela colligite/ aut omnes naufragio occũbite. Aduersarii Cymonis iã strinxerãt gladios: seq; nautico certamini pręparabãt. quo aĩaduer so Cymõ manũ ferream/quem Arpagonē uocitãt: ĩ puppim rhodiorũ strenue inicit / nauemq; remorans nauigio suo rostrato arctissime cõnectit. mox Leonis iubati instar non expectato sociorꝝ auxilio solus rho/diorũ nauem insiliens cuncta ꝑturbat. & amore uires

ſuggerente ſtricto mucrone in medios hoſtes uiriliter incurſat: & cũ hinc unus/inde alter/mox plures uulnerarẽtur: rhodii ſuis uiribus diffidẽtes cũ neq; repugnare neq; effugere poſſent/ſe ſe Cymoni dediderunt: qui deditos ſic affat. Rhodii hoïes neq; predæ cupiditas neq; ullũ ĩ uos odiũ mihi perſuaſit: ut ex Cypro diſcedẽs uos in mediis fluctibus inermes ipſe armatus aggrederer. ſed res illa quæ me ad hoc ĩpulit: quæ a me ampliſſima exiſtimatur: quã acquiſiuiſſe opęprecium eſſe cẽſeo: ea a uobis facillime & cum pacificatiõe cõcedi poteſt: ea autem eſt Iphigenia: qua mihi nihil eſt neq; carius neq; iucũdius: quã cũ ego a parẽtibus amice & comiter ĩpetrare nõ potuiſſem: amor me coegit: ut a uobis hoſtiliter & armatus auferrẽ. deſtinaui ipſe mecũ ſuccedere uicarius muneri Paſimondæ: & agere Iphigeniæ maritũ/proinde eam mihi tradite & diis bene fauẽtibus in patriã remigrate. Rhodii quos uis magis q̃ uolũtas ultronea cogebat: lachrymabũdi Iphigeniã Cymõi tradũt: q̃ cũ ubertim fleret: noli ĩqt Cymon generoſa puella te ipſam macerare. nil eſt qđ uerearis: ego ſum ille tuus Cymon q te diutiſſime ardẽtiſſimeq; deperiui: qui pp æſtũ amoris torrẽtiſſimum magis merui hẽre te uxorẽ q̃ Paſimõdas pp paternã pactionẽ. quo dicto ad ſocios reuertitur. & Rhodios tradita Iphigenia cũ rebus oïbus inuiolatos dimittit. Cymon q ſe beatiorẽ cũctis mortalibus exiſtimabat Auctus tã opulenta ac prorſus regali preda cum ſociis

consultat in præsentia nõ esse in Cyprũ redeundum. quo circa cõi cõsilio Cretã uersus nauigare moliũtur. ubi oẽs & potissimũ Cymon se se tutos fore credebãt: cũ illic cognatos & amicos plurimos haberẽt: Sed fortuna quæ Iphigeniã Cymoni fuerat gratificata utpote dea mobilis cõfestim gaudia uertit ĩ luctus lamẽtabiles. uix horis quattuor ab discessu rhodioꝵ exactis superuenit nox: quã Cymon sitiẽter p̃stolabatur: quãq; sibi noctibus omnibus dulciorẽ fore iam mẽte cõceperat. Ecce procellosa tempestas exoritur: cœlum fit nubibus atrum: mare uẽtis furẽtibus undabundum. Nemo qd utile factu foret satis dispicere: cũcti trepidare obliti nauticoꝵ ministerioꝵ. Quis uerbis idoneis posset explicare quãto mœrore id tp̃is Cymon eẽt affectus: ip̄e secũ reputabat ideo suos sibi amores indulgeri deos uoluisse: ut mortẽ sentiret aspiorẽ: quã prius sine Iphigenia subire nõ magnope recusasset. Dolent lamentãturq; Cymonis socii. Sed Iphigenia ubertim flens supra oẽs dolore cõficit̃ ad singulos undaꝵ fluctus tremebũda: & Cymõis amorẽ audaciãq; plorabũda detestat̃: tanq̃ turbo ille ꝓcellosus nõ aliunde sæuiret: q̃ ex ĩdignatiõe deoꝵ nolentiũ Cymonẽ puellæ raptu cũ gaudiali uoluptate potiri: uolẽtiũq; ãbos simul ærũnabili morte defungi. Inter hos puellares eiulatus nautæ remigesq; quo se uerterẽt nesciebãt: & uẽto ĩ horas magis magisq; ĩcrebrescẽte nauis appellit̃ ad ĩsulã rhodõ: quã illi rhodõ eẽ p̃ tẽpestate scire nõ poterãt. hic

uiribus annixi:ut ex undis ad terrā quoquomodo descendant de sola salute cogitantes ad eū forte locū ita uolentibus fatis puenere: quo rhodii illi quos Cymō abire pmiserat pauloante puenerant:nec prius se rhodon delatos fuisse nouerūt: q̄ aurora exoriēte uidetūt nauē ab ipsis pridie dimissam uix teli iactu distantē. quāobrem Cymō supra quā dici potest anxius timerē cœpit:ne id sibi qđ mox accidit accideret.iubet cōfestī omni adhibito conatu illinc educi nauigiū quocūq; alio deferātur puifaciens: nullibi enim se periculosius q̄ istic esse posse existimabat. Conatus remigū sociorūq; maximi sed inefficaces extitere reflātibus uentis: quo℞ ui uel inuitissimi ī littus detrudūtur. ubi euestigio recogniti sunt a nautis rhodio℞.tūc ex illis repēte unus curriculo it ad uillam haud longe dissitam: quo globus ille rhodiorū nobiliū se contulerat:hisq; ex ordine denarrat Cymonem cū Iphigenia eadē qua ipsos tempestate ad idē littus deportatos fuisse. quo audito rhodii adolescentes statim gaudio ꝓsiliūt agricolisq; cōplusculis uocatis ad marē ꝓcurētes Cymonē una cū Iphigenia iā iam fugā meditantē intercipiūt:captosq; ad eādem uillā illico ducūt. Venit eodem paulo post Lisimachus:q illo sorte āno summus erat magistratus rhodio℞: stipatus globo militari: q Cymonē sociosq; in carcerē duci iubet. sicuti Pasimūdas ubi rem omnē resciuisset cū senatu rhodiēsi cōstituerat:sic īfortūatissimus amator quā paulo āte lucrifecerat Iphigeniam

ámittit: Cuius præter paucula sauia nihil dulce gusta-
uerat. hãc summates matronæ cõplures comiter acci-
piũt / fomẽtis refouẽt / solaciis mitigãt ptim ex captiui
tate subtristẽ / ptim ex maritima fatigatiõe defectam.
mãsitq; apđ illas usq; ad cõdictã diẽ nuptia℞. Cymõi
sociisq; uitã carcerariã uiuere cõcessum est ob eã: quã
ipse rhodiis iuuenibus indulserat abeũdi facultatẽ. Pa
simũdas aũt ꝑ uirili parte urgere instare: ut in carcere
necarẽtur: quo in perpetuũ detrusi fuerãt uitã ęrũnosã
sicuti par est degentes oĩ ꝓrsus uoluptatũ spe uiduati.
Interea dũ Pasimũdas apparatũ nuptialẽ ꝑ facultati-
bus ĩstruit: fortuna pinde ac pœnitudine affecta cõmi-
niscitur suppetias Cymoni salutares. Erat Pasimũdæ
frater natu qdẽ minor sed uirtute non minor nomine
Hormisdas: q post diutinã cõsultationem decreuerat
ducere uxorẽ puellã quandã noĩe Casandrã: quã for-
ma scitulã efflictim deamabat Lysimachus. Igit̃ Pasi
mũdas nuptialẽ festiuitatẽ maximo apparatu celebra
turus optimũ factu duxit frĩ psuadere / ut eodẽ quoq;
& ipse die uxorẽ ducere uellet: ita. n. se se supsessuros ĩ-
pensis nuptia℞ duplicatis. itaq; negociũ cũ parẽtibus
Casandræ cõponit: ut puella Hormisdę frĩ despõdea-
tur: utq; eodẽ die quo ipse duceret uxorẽ Iphigeniã:
Casandra itidẽ a fratre duceret̃. Hæ cõsulationes mi-
randũ in modũ displicuere Lysimacho ab oĩ iã spe de
cidenti: cui psuasissimũ erat Casandrã sibi nupturã si
Hormisdæ nõ nuberet: Sed qđ prudẽtis uiri officium

est/p̃mit altum corde dolorẽ secum ip̃e uolutans quo pacto hasce nuptias disturbaret. nec ulla iuẽta rõne de puellæ raptu deliberabundus secũ agit: id q̃d illi facile factu haud dubie uidebat̃ ut pote summum agẽti magistratũ. Cõtra ab hoc ĩcepto hoĩem reuocabat dignitas honoris: cuius decus auget facinoris dedecus. Tandẽ post multiplices cõsultatiões amori cessit honestas/ & rõ succubuit appetitui. Namq; Lisymachus destĩat uel cum discrimĩe salutis rapeȓ puellã. & dum aĩo ptractat quo ordine q̃busue opitulatoribus hoc negociũ cõficiat: forte Cymõis reminiscit̃: q una cũ sociis carceris publici custodela cõtinebat̃. Re diligẽter pensitata it nõ minus aĩo q̃ pedibus in hanc sñiam. neminem neq; fideliorẽ neq; p̃batiorẽ ip̃o Cymone ad hoc munus obeundũ posse repiri: quẽ p̃xia mox nocte ĩtra cubiculum suum furtim ĩtroductũ sic affat̃. Queadmodum o Cymon dii ad bona hoĩbus largienda p̃pensi sunt: ita hoĩum quoq; uirtutes solerter expendunt. Et quos in tolerandis calamĩtatibus fortes offenderint: illos ut pote magnanĩos maioribus bñficiis p̃sequunt̃. Voluerunt dii expimentum tuæ uirtutis capere splẽdidius certiusq;: q̃ q̃d intra larẽ patriũ diuitiis copiosum ut p temetip̃m p̃stare potuisses. & sicut fando audiuimus te ex bruto atq; insensato ĩgeniosum solertẽq; effecerunt. Dein cum fortuna colluctãtẽ & nunc carceri tetro mancipatum experiunt̃ nunq̃d alius in p̃sentia sis atq; tunc eras cum p̃da parta potiebaris, Q̃d si idẽ

es q̄ iampridem fuisti: nihil unq̄ ab ĩmortalibus diis ti bi añhac datum ē iucundius optatiusq; ea re: quam in pñtia largiri moliunt̃: Quid id sit ut pristĩas uires aĩo sitatēq; recipias paucis edocebo. Pasimundas infortu nio tuo lętus ꝓcuratorq; necis tuæ uigilantissimus fe stinat nuptias Iphigeniæ celebrare: ut capiat uolupta tem ex ea p̄da: quã fortuna tibi prĩo benigna cõcesse rat: mox ĩfensa surripuit. Quanto autẽ tibi hæc res do lori esse debeat. si uero amore flagras: plane cognosco. Hoc eodem die Hormisdas Pasimũdæ fr̃ similem in me ac pene eandem iniuriã cõcinnare molit̃ uolens & ipse uxorem ducere Casandram: q̄ mihi rebus oĩbus ē p̄ciosior. Ad hæc incõmoda cõtumeliasq; ꝓpulsandas sola nobis a fortuna uirtus relicta est. Eia age hac duce strictisq; gladiis fiat nobis uia ui: tibi ad secundã mi hi ad primam puellæ rapinam. qđ si me ducẽ pulcher rimi facinoris strenue seq nõ recusaueris / ĩ maĩbus tuis ē & libertas & Iphigenia: Quibus duabus rebus nihil apud te expetibilius esse debet. Hæc Lisymachi uer ba Cymõis aĩum haud dubie refocillarunt erexeruntq;. q statim citra cõsultationem rñdens sic infit. Nemi nem Lisymache neq; fideliorem neq; fortiorẽ me po tes ĩuenire ad hoc facinus pagendũ: si mõ qđ memo ras factũ fortuna sequet̃. Quo circa qđ mihi agendũ sit tu ipe ꝓspicito / & ego te ducem ĩcõtanter subsequar neq; ĩbellis neq; meticulosus. ad hæc Lisymachus pen die inquit nouæ nuptæ ad ædes maritales ducentur:

intra quas nos una cũ sociis fidissimis armati circa primã noctis uigiliã irrũpẽtes illas ex ipso cõuiuio rapiemus: raptasq́ ad nauẽ: quã ob id ipm clãculo fieri iussi: pducemus nemini pcẽtes eoꝝ: q obsisterẽ & negociũ nobis facessere tẽtabunt. Placuit ordo rei gerẽdæ Cymoni ad pstitutã usq́ diẽ i carcere dissimulãter cõmoranti. Iã uenerat dies nuptiis destinatus: quę põpabiliter atq́ magnifice celebrãtur. Dũ tota duoꝝ fratrꝝ domus regali luxu splẽdicat & nuptiali feruet apparatu: Interea Lisymachus oĩbus rebus negocio accõmodatis istructus Cymonẽ Cymõisq́ socios nec nõ & suos tectis sub ueste gladiis trifariã disptit. Nãq́ alii furtim mittũtur ad portũ: ne qs cõscẽdẽtibus nauigiũ ipedimẽto esse possit: alii i uestibulo locãtur Pasimũdę domus: ne a quopiã exitus itercludi queat. Cũ reliqs ipe unaq́ Cymõ nuptialia tecta sub cõdictũ tẽpus ingrediũtur: scalas cõscendũt: cœnationẽ irrũpũt: ubi nouę nuptæ una cũ pluribus sũmatibus matrõis ordinatim iã discũbebãt. ibi mẽsis pcipitãter iuersis suã qsq́ corripiũt easq́ assaeclis mãdãt ad nauim euestigio deducẽdas. Spõsæ reliquæq́ matrõæ fletu lamẽtis & eiulatu fœmineo cũcta cõplere. Cymõ & Lysimachus strictis gladiis uiã sibi faciẽtes nemine reluctari audẽte: Rapti descẽdentes scalas emetiunt: ubi illis obuius fit Pasimundas: q hoc tumultuoso strepitu excitatus enormi baculo dextrã obarmauerat: quẽ Cymõ ictu in caput librato obtrũcat: ad cuius pedes corruit moribundus.

Hormisdas quoq; piclitāti frī suppetias ferre conatus uulnere Cymōis īterimit̃:aliiq; nō pauci pempti ceci dere:q ausi fuerāt manum cominus cōferre. Igit̃ illi re linquētes Pasimundæ domū totā sanguine redūdātē plāgoribusq; atq; tumultu reboātē/ad unū īcolumes sine īterpellatoribus ad mare pueniūt. Ibiq; ī nauigio raptas puellas collocātes/ipiq;cū sociis piter cōscēdē-tes orā soluunt:& uētis uela cōmittētes rmigiūq; opa naua utētes q̃ ocissime abscedūt a littorī iā iā plurimis referto: q auxilia s3 serotia ferebāt capticiis puellis. Ipi uero ī Cretā sospites puenere:ubi ab amicis atq; ppiqs hospitaliter ac comiter excipiunt̃:ibiq; celebrātes festi uitatē nuptialē uxores ducūt expetitas diutio ex ea ra pina gaudio pfruētes. apđ rhodios cypriosq; uarii sup hac re tumultus uariæq; prurbationes exortæ. postre-mo amicis necessariisq; utrobiq; depcātibus effectū ē: post tēporarium exiliū Cymō cū Iphigenia/ Lysima chus cū Casandra hic rhodō ille cyprō ī suā qsq; priā remearēt:ubi cum suis feliciter cōcorditerq; uixerunt.

Philippi beroaldi oratio habita ī enarratiōe Verrinaꝝ.

u Etus uerbū ē Viri pstantissimi & instar p-uerbii apđ eruditos celebratum:qđ sic ait. leges bonæ ex malis moribus pcreantur. Etenī nisi uitia agminatim erupissent/ nisi mores mali uelut herba irrigua ut inqt Plautus uberri me succreuissent: pfecto leges superuacaneæ fuissent:

quæ ad cohercẽdas cupiditates uitiaq; ex mortalibus tollẽda latæ sunt. Et quẽadmodũ morbos añ extitisse necesse est: q̃ remedia eorũ atq; medicamẽta: Ita prius nequitia nata est & scelus exortum: q̃ leges conditæ: q̃ obuiã irent neq̃tiæ scelerisq; flagitiosorũ: Et quẽadmodum medellæ plures ad innumerabiles ꝓpe corporũ morbos excogitatæ sunt: Ita leges innumeræ ad infinitas aĩorũ improbitates amputãdas sordesq; emaculãdas cõditæ fuerũt. Hinc Lex Põpeia: quæ parricidas una cum cane gallo gallinaceo uipera & simia suiuos insui culleo: dein ĩ mare flumẽ ue deiici iubet: ut quos natura ipsa retinere in officio nõ potuisset: hi magnitudine pœnæ a maleficio summouerent. Hinc Lex Cornelia: qua uenefici sicariiq; atrocibus pœnis puniũtur. hinc leges Draconis emanarunt asperæ illæ quidẽ & truculentæ: sed tamen salubres & uitiis tollẽdis accommodata: quibus pœna capitis in omnis sontes erat cõstituta: etiam si uel tantillũ deliquissent. Vnde Demades orator dicere solebat Draconis leges non attramento sed sanguine eẽ cõscriptas. Verũ ne longũ faciã: tot ex malis moribus apud Romanos senatuscõsulta: tot plebiscita: tot edicta prætoria: tot Imperatoriæ/tot politicæ/tot sacratæ leges ꝓuenerũt: quot singillatim recẽscere eẽt infinitũ. Ex hac ipa gliscẽtiũ in dies uitiorũ labe/ut reliqua p̃teream: leges nõ paucæ de pecuniis repetũdis ꝓductæ sunt ad suffrenãdas moderandasq; cupiditates Prætorũ procõsulũ reliquorũq; magistratuũ:

qui cũ prǽte atq; impio ad ꝓuincias gubernãdas mis-sitabãtur: q idẽtidẽ cõsueuerunt ꝓuinciales despolia-re: pecunias ob iudicãdum uel nõ iudicandũ accipere: qui auariciæ mãcipati auroq; ĩhiãtes cuncta p̃dabant̃ nũdinato iure nũdinatisq; sentẽtiis. Igitur ut obuiam iretur huiuscemodi rapinis & spoliationibus leges re-petũdaꝝ cõstitutæ sunt: quæ a luculentis scriptoribus sociales appellantur. quoniam socioꝝ ꝓuincialiũ cau-sis patrocinantur atq; amicoꝝ Po. Ro. causa patratæ sunt. Lucius ille Piso Frugi cognominatus legẽ de pe cuniis repetundis primus tulit. post Pisonem Acilius Glabrio inter romanos Inclytus legem tulit alterã de repetundis & eam quidem seuerissimam: quam Aci-liam uocitauerũt. mox Lex Iulia repetundarũ est pro mulgata: cuius Iuriscõsulti meminerunt. Prætetea ue-teres illi Romani: quoꝝ rebus domi forisq; gestis ue-luti quibusdã stellis latina micat Historia: accusatores esse in ciuitate multos non inutile esse censebãt/ ut hoc uidelicet metũ improbitas malorũ coherceretur. Mos autem fuit nequaquã improbandus/ quo iuuenes glo riæ laudisq; sitiẽtes accusabãt magnos quidem uiros: sed flagitiis masculosos. Ita aliquo ĩsigni iudicio inci-piebant a suis ciuibus noscitari: & eloquentiã in foro auspicabant̃. Sic olim Pu. Sulpitius Norbanũ. Caius Furius Marcũ Aquiliũ. C. Curio Quitũ Metellũ ac cusauerunt. sic undeuigesimo ætatis anno. L. Crassus C. carbonẽ: altero & uigesimo Asinius Pollio Catonẽ:

nec multo ætate antecedens Caluus Vatinium luculẽtis orationibus insectati sunt. sic Pu. Clodius adolescens Sergiũ Catilinã. Sic Iulius Cæsar dictator uno & uigesimo ætatis anno Cor. dolobellã Virũ cõsularem triũphaleq́ repetundarũ postulauerunt. sic &. M. T. Cicero ędilis designatus iãq́ quęstorius Caiũ Verrẽ Siciliæ pdatorẽ spoliatorẽq́ suscepto siculorũ patrocinio in iudiciũ uocat: uocatũq́ de repetundis accusat non minus diligẽter q̃ eloquẽter his orationibus: quæ quia in Verrẽ scriptæ sunt Verrinarũ nomine nuncupãtur. Ex qbus plane cognoscit Ciceronẽ nõ minus ad accusandũ q̃ ad defendẽdum fuisse accõmodatũ. sed cum eloquẽtia sicuti medicina magis saluti hominũ q̃ exitio repta sit: maluit Cicero patrocinio suo defendere bonos q̃ ore accusatorio malos insectari: etenĩ cũ accusatoris nomen sordidũ sit & detestabile: defensoris uero pulchrũ atq́ plausibile/elaborare curiose debemus: ut defensores patroniq́ dici mereamur: ne odioso accusatoris nomine dedecoremur: qđ olim nomen contigit. M. Bruto illius Bruti filio/q iuris ciuilis fuit peritissimus. Accusandum quidem interdum sed nõ semp/accusandũ Rei Pu. causa: ut duo Luculli fecisse memorãtur: accusandũ pro patrocinio ut Cicero pro Siculis factitauit: quorũ causa descendit ad accusandũ Caiũ Verrem: quẽ depeculatorẽ ærarii: uexatorẽ asiæ atq́ pãphiliæ/predonẽ iuris urbani: labẽ atq́ pernitiẽ puinciæ siciliæ fuisse dicit. Cæterũ. M. Tullius ĩ reli-

quis orationibus defensor magis futurus q̃ accusator in hac una causa omnem uim artis accusatorię totũq; accusatoris officiũ luculenter explicare decreuit: ut bene intelligentes omnẽ uirtutẽ oratoriã/ quęcũq; in criminationibus reoq; opprimendo cõstituta est/ hic expressam cum admiratione cognoscerent. Cũ itaq; de Verre ĩ iudiciũ uocato iudicũ sententiis damnato nobis dicendum sit non erit ab re nonnulla in medium hodierno die proferr̃: quæ isagogica quasi quędã hoc est introductoria futura sint enarrationi Verrinaꝝ: & quędam explicar̃ de ritu formulaq; iudicioꝝ Romanoꝝ: qđ dũ a me fit uos q̃so diligẽter attẽdite. Dixi.

Oratio habita cum Rector Germanicus iniret scholasticam prefecturam.

i Nter multa Viri Clarissimi: quæ florẽtes efficiũt Ciuitates tradũtq; ĩmortalitati: nĩ mirũ sunt litteraria gymnasia: quæ disciplinaꝝ seminaria dici merito possunt. sic apud priscos Athenæ claruerũt: quę doctrinaꝝ oĩum & inuentrices & altrices extitere: Vbi lyceũ Aristotelis schola: In qua ille nobilissimus philosophoꝝ περιπατων idest inambulans disserebat: Vbi porticus uariegata: quæ græco uocablo στωα poecile dicit̃. In qua Zeno neruosius austeriusq; philosophabatur. Vñ stoici nũcupati: Vbi hortus Epicuri a quo epicu-

reorum delicata secta defluxit: Ubi inclyta Platonis Academia: a quo academicorum multiplex familia propagata est: ipsa uero academia non tam ab heroe academo nomen accepisse creditur: q̄ ex eo quod a populo esset secreta seiugataq;. Consimiliter Alexandriā in egypto famigeratam illustremq; fecerunt omnium liberalium artium scholæ institutæ: Ubi museum illud memoratissimum hominum uidelicet circa disciplinas uersantium receptaculum: Ubi bibliothecæ: qđ uix credibile uideatur/continentes milia uoluminum plus minus septingenta/A Ptolomeis regibus summa diligentia comparatæ/quæ tamen omnia Alexandrino bello dum dirripitur ea ciuitas sub Dictatore Cæsare conflagrarunt: maximo doctrinarum doctorumq; dispendio. Quid Tharsum Ciliciæ urbem illustrauit celebrauitq; nisi gymnasia litterarum & conciliabula scholasticorum? Quibus cum Athenarum & Alexandriæ celebritate contendebant: Quid dicam de Massilia: quæ litteratoriis gymnasiis adeo claruit: ut Romani bonarum Artium rapacissimi pro attica peregrinatione Massiliam peterent ob disciplinas tantum capessendas: Cæterum cum pulchrum sit priscorum uestigia sectari: si modo recto itinere precesserint/Maiores nostri qui hāc Rem Publicam optimis & institutis & legibus temperauerunt/Atheniensium Alexandrino-

rum Tharsensium Massilensium exẽpla opinor imitati sapientissime sanxerunt. ut hac in urbe gymnasia litteratoria constituerentur: ut professores clarissimi ingenuas disciplinas profiterentur. ut Scholastici Cismontani Transmontaniq; huc perinde ac in asylum doctrinarum commigrarẽt: Et profecto gymnasium hoc Bononiensium tanto reliquis clarius est tantoq; præstat: ut lõge honorificentius sit Bononiæ q̃ aliubi didicisse. ut multo splendidius sit insignia doctoris istic q̃ in aliis Ciuitatibus accepisse. sicut olim Alexãdriæ didicisse medico sufficiebat ad commendandam artis medicæ auctoritatem: Tanta erat illius gymnasii estimatio ac prærogatiua. Sed cum nihil sine Rectore satis utiliter regi possit: Cum nauis Remigesq; sine gubernatore periclitentur: Currus equiq; sine auriga præcipites ruant: Cum Res Publica sine magistratu sit turbulenta: Cum exercitus sine Imperatore sit tanq̃ corpus sine spiritu: Deniq; cum sine Rectore cuncta titubent atq; uacillent. Gymnasiarcham hoc est præfectum gymnasii Scholastici prospicienter instituerunt: qui ordinem Scholasticum auctoritate regeret ac dexteritate moderaretur: Mos hic per longa secula continenter propagatus in hodiernum usq; diem ueluti per manus traditus custoditur: Nuperq; omnium scholasticorum suffragio cõsensuq; concordi designatus

fuit Rector utriusq; scholasticæ ꝑfecturę hoc est tam Italicoꝝ q̃ prouĩcialiũ Vir magnificus oĩq; ꝑconio bonitatis ornatus Ioãnes Alemanus: q claritudine nataliũ illustris est/fortunis opulẽtus: dotibus: aĩ ꝑcellens: Cui genitale solũ Saxonia ẽ Germanica natio. Nãq; Germania regionũ pene omniũ regio est latissima amplissimaq; : Ex qua negociatores/Scholastici/artifices ubiq; locoꝝ cõspiciũtur. lĩgua germanica tã trãsmõtanis oĩbus necessaria: ut secũdũ latinã lĩguã sit lĩguarũ omniũ maxime ꝓmiscua. maximeq; mercatoribus ꝑegrinatoribusq; cõducibilis: Germani: quos & uulgus & historici lucul ẽti Alemanos appellãt/ In uniuersum animosi liberales ĩgeniosi. Scriptores prisci/Germãos extollũt: qđ a paruulis duriciei & labori studẽtes in uenationibus atq; ĩ studiis rei militaris cõsisterent: qbus arma tractare ludus fuerit / feras excipere uoluptas. q̃ acres forent bellatores & libertatis retinentissimi sæpe Romani expti sunt & qdẽ infeliciter: Quoꝝ exercitus quĩq; cõsulares sub totidẽ ducibus ꝑ interuallata tẽpora fusi ꝓfligatiq;. nec ĩpune Caius Marius cũ pugnacissima gẽte cõflixit: Diuus quoq; Iulius magis arma Germãis ostẽtauit q̃ ĩtulerit: Augustus Cęsar uirtutẽ germanicã duabus cladibus exptus Lolliana. s. & Varriana. sed Varrianã adeo exitiabilẽ sensit tribus legionibus cum duce cesis/ adeoq; cõsternatus est: ut barba capilloq; promisso caput interdum foribus illideret uociferans. Quintili Varre legiões redde. Quid mul-

ta? Germani ob unicã fortitudinẽ ac uim bellicã Herculẽ Martéq; pinde ac uirtutis p̃sides imprimis coluerunt: Nihil neq; publicæ rei neq; priuatæ nisi armati agẽtes prediti ꝓceris corporibus & statura ꝓrius militari? Germanoꝝ solertiã ĩgeniosam solertissima inuẽta declarant. Quod.n.solertius cõmentum q̃ bellica torm̃eta? qbus nihil terribilius? Quod ĩgeniosius ĩuentum q̃ litteraꝝ imp̃ssoria uel ut latinius loquar excussoria? qua nihil utilius. atq utriusq; rei ĩuẽtores extitere Germani/utraq; germanis accepta referimus: iidem a studiis litterarum neq; abhorrentes neque retorridi: Quod ut reliquos p̃teream uel unus Albertus abũde demõstrat oĩfaria doctrina refertissimus: q merito polyhistor & multiscius ac Aristoteles alter latine loq̃ns dici põt Magnus uulgo noĩatus. a magnitudine opinor disciplinaꝝ potius: q̃ q; alemãus. Ad hęc Germãi mei: cur.n.nõ meos appellẽ: q me diligũt sectãtur obseruant? Comes sunt faciles. & pecuniæ liberales ĩprimis. cõuictibus & hospitalitati nõ alia gens apud ueteres effusius ĩdulsit/nec imp̃sentia lautius indulget: ĩter cæteros scholasticos gymnasiũ hoc nostrũ frequẽtissimi iam prĩdẽ coluerunt fauorabiles gratiosiq;. & boni nominis apđ municipes nostros semp habiti: Ex hac natiõe nũq̃ satis laudata datus ẽ nobis imp̃sentia Rector sũma nobilitate familię & maioꝝ stẽmate mõstrabilis: Ipe Rectoris pater cũ sciret non minorẽ rei urbanæ q̃ militaris laudẽ eẽ: ĩ toga q̃ ĩ bello clarescere ma-

luit:proinde cũ esset cõsilio prudẽtia dextetitate maxi ma pditus munus legatiõis nõ minus diligẽter obiit q̃ freq̃nter. ad oẽs ferme reges a duce Saxoniæ destina tus orator. boni parentis optimus filius Ioãnes mini me degenerans a uirtute patria ac auita init hodierno die magistratũ honoratissimũ scholastici uidelicet or dinis prefecturam: cuius latina facũdia / igeniũ precel lẽs / modesti mores / magnific9 cult9 / claritudo nataliũ spõdẽt habituros nos rectorẽ absolutissimũ elegãtissi mũq3: q̃ cuius uirtute affatim iudicatũ eẽ uidet: Cũ is non solũ p Rectore sed p Rectoribus creatus sit: sicut olim Lucius Philippus Pompeiũ Magnũ nõ pro cõ sule sed p cõsulibus cẽsuit ad formidolosissimũ bellũ esse mittẽdum. Quod reliquum est hortor & moneo ut uniuersus ordo scholasticorum optimum hunc Re ctorem sectetur ut ducem: reuereatur ut Rectorem: neq3 a capite membra discordent: Te autem clarissi me Rector non moneo non hortor. nec enim monito re eges tu aut hortatore: sed tuapta sponte currenti tibi subdo calcaria: ut patronum agas tutoremq3 inculpa bilem gymnasticæ dignitatis / ut celeberrimum conci liabulum scholasticorũ tua diligentia pbitate uigilan tia conformetur fulciatur illustretur. non deerunt tibi illustres principipes mei Bẽtiuoli cum clarissimis filiis maximus parens. Cumprimis uenerabilis protonota rius nunq̃ me sine honoris nominatione nomĩnãdus alumnus quondam meus nunc regulus: qui ueluti si

dus lucidissimũ enitescit. hic erit Magnifice Rector dignitatis tuæ oĩsq; scholastici ordinis fauissor adminiculator assertor. Sed iã tẽpus est/ut auriũ fastidiũ lõga & molesta forsan oratione collectũ repurgetis reficiatisq; gustatu: eatisq; recta ad iẽtaculũ gustulũq; capiendũ: & cũ meracæ potiones: cũ ex saccaro cõcinata bellaria haud dubie sint dulciora iucũdioraq; futura q̃ uerba: uerbũ non amplius addã.

Oratio habita pro ęde Diui Petronii.

SOcrates ille fons philosophorũ Viri Ornatissimi disputationes ĩprimis utiles esse arbitrabatur ac maxime conducibiles ad ueritatẽ reꝝ repiendã: rationẽq; illã contra alterius opinionẽ diserẽdi maxime ꝓbabat/qua quid in cõtrouersia uerũ siue uerisimillimũ sit facillime descutitur/& ĩpa mediusfidius ĩgenia uegetãtur. ex hoc ut opinor disputãdi diserendiq; instituto ex socratica schola tãq̃ ex equo troiano ĩnumeri prĩcipes exierũt. hic Xenophon cuius uoce musas quasi locutas ferunt hic Aristipp9 a quo cyrenaica secta defluxit/ hic Euclides geometraꝝ nobilissimus/a quo megarici philosophi nomẽ accepunt/hic Crito Glaucõ Eschines Cebes Menedem9 Phedõ/aliiq; cõplusculi philosophi socratici nũcupari ꝓcesserũt. hic diuius ille Plato taq̃ fulgẽtissimũ sid9 emicuit/ q cũ disertationũ disertationũq; utilitatẽ maximã eẽ cognosceret libros suos diuinitus scriptos pene oẽs dialogis hoc ẽ disputatiõib9 refersit.

ut ita ueritas quæ in occulto sicuti sapiẽtes dixere deli
tescit magis ac magis emergeret. Platonẽ uexillarium
ac ducẽ habent Academici ab illius schola ita nũcupa
ti / quos omniũ philosophorꝝ nobilissimos Aurelius
Augustinus appellat. Quinetiã ut dicã qđ sentio nul-
la res pinde ac disputatio pipateticos illustrauit / cuius
sectæ cõditor est ille maximus Aristoteles stagirites / q
cum ambulãs in lyceo gymnasio & matutino & post
meridiano tẽpore dissereret disciplinasq; doceret / parti
acromaticas / parti exotericas / quæ latine auscultatoriæ
extrariæq; auditiones dici possunt / ab illa deambula-
tione / quã græci pipaton uocitãt / pipateticis nomẽ im
posuit / in qbus multi excellẽtes extitere / sed omnium
haud dubie clarissimus effulsit Theophrastus / q cũ ãte
tyrtamus diceret a loqndi diuinitate Theophrasti no
men inuenit. Nõne & id genus disputationes disserta
tionesq; zenonios philosophos imortalitati cõsecrasse
creduntur / q cũ i porticu quã latini græciq; poecilen a
uaria pictura dixere / philosopharẽt stoici sunt noiati /
& enĩ στωα grece porticus nũcupat. Deniq; ut semel
finiã / nõ aliũde sicut autumo quã ex disputationibus
emerserũt / illa duo philosophorꝝ gñra pricipalia: quorꝝ
alterꝝ italicũ alterꝝ ionicũ a luculẽtis scriptoribus appel
litari cõsueuerũt / cũ ionicæ philosophiæ priceps exti-
terit Thales milesius / inter septẽ greciæ sapiẽtes fami-
geratus / Italicæ uero cõditor Pythagoras samius ce-
lebretur / aquo ferunt & philosophiæ & philosophorũ

nomen exortũ:cũ ante & sophia & sophi passim uoci-
tarentur. Cæterũ ut ab ethnicis ad ecclesiasticas disci
plinas nostra uertatur oratio/nõ ne disputationũ utili
tas & cõmodũ pepit synodũ nicenã? quæ sub Cõstã-
tino imperatore peracta est trecentis & duo deuiginti
episcopis in unũ congregatis/quoꝝ pensitata disputa
tione Arrianũ dogma penitus exterminatũ est. Nõne
& disputatio centũ & quĩquaginta eruditoꝝ in Cõstã
tinopolitão cõcilio celebrata/Macedonianã doctrinã
tãq̃ uenenatã reprobauit? Non ne & synodus ephesi-
na/nõ ne & synodus calcedonensis per disputationes
quãplurímoꝝ doctrina p̄stãtiũ/illa Nestoriũ/hæc Eu
thicũ mucrone anathematis cõfoderũt? maximũ ꝑfe
cto emolumentum ex eruditorum disputatione perci
pitur/sed tanto maius quãto nobilior est/de qua dispu
tatur ipsa materia/Quapp nobilissimã scitote futurã
hodiernã disputationẽ/In qua utiq; orbis ille doctríæ
tractabitur quam græci εγκυκλοπαιδιαν nomina-
uerunt. & profecto non aliunde tantus honos est habi
tus a græcia Gorgię Leõtino/ut statua illi ex auro so
lida statueretur/Nisi quod de omni re/quęcũq; ĩ quę-
stionem uocaretur/se copiosissime dicturum esse profi
tebatur. Verum istæc hodierna disputatio ex maiori
fere parte circa ueneranda theologiæ secreta uersabi
tur/quæ quidem disciplina tanto philosophia excellẽ/
tior est/quãto Deus hominibus est sublimior/& ut in
quit uerissime simul & facundissime Seneca/tantum

inter utranq; interest / quantum inter deum & hominem. Philosophia enim quæ in rerũ natura sunt perscrutatur / Theologia quæ supra naturam / illa quod infra cœlum sit inquirit / ista quid agatur in cœlo & siqd est supra cœlum. Theologia uestigat an unus sit & quid sit Deus: quem nobilissimus Platonicus Apuleius αρρητον και ακατονομαστον idest indictum atq; innominabilem appellat: de quo Plato in Timeo illo diuino diuinitus scripsit. θεον ευρειν ου ραδιον; νοησαι δε αδυνατον hoc est deum quidem inuenire haud facile est / intellexisse autem impossibile. Theologia ut inquit propheticus sermo accipiens pẽnas columbæ deargentatas uolitat supra corporea / & rimatur ea quæ sunt Asomata hoc est incorporea & in penitiore clausa sacrario. Ad quæ percipienda ut inquit Origenes elegãter libro primo periarchon mens nostra hebetescit: & uix scintillæ obtinet locum / ad quorũ intimam cogitationem cum aspirare conaretur tuba euangelii Apostolus Paulus quasi hebetescens clamat / O altitudo diuitiarum sapientiæ q̃ inscrutabilia sunt iudicia dei / & inuestigabiles uiæ eius. Merito Daniel uir desideriorum in canonicis scripturis cognominatur / Quoniam deum deiq; naturam nosce desiderabat / subnixus uidelicet auxilio sacrosanctæ Theologiæ: Quo uerbo ut inquit Augustinus signi-

ficatur sermo siue ratio de diuinitate. Theologia nimirum est illa/quæ recludit nobis thesaurum diuinæ sapientiæ in uilioribus uerborum uasculis delitescentem. Theologia uelamen illud scindit:quo sacra scriptura conuelatur & sacramēta mystica repandit: Quibus perinde ac columnis Catholica fides solidata fulcitur. Nam ut inquit eleganter Diuus Hieronymus & in Decretis Canonicis Distinctione. xxxvii. repetitum est/illi uuam acerbam comedunt quicunq; scripturam non intelligunt secundum sensum spiritalem: cum pene omnia figurali tropo sint inuoluta: sicuti de duobus Abrami liberis/de duabus sororibus nubentibus Iacob/Sicuti de Arca Noes/de uisione Ezechielis/de constructione tabernaculi. De sacerdotalibus Aron uestimētis reliquisq; id genus prope innumerabilibus:Quorum typum Arcanaq; mysteria reuelat Theologica disciplina: quæ tanquam clauis introduxit psalmographum prophetam in cubiculum regis/cui astitit Regina a dextris circundata uestitu scutulato & arte polymita contexto. Atqui uereor/ne si plura dixero de laudibus huiusce uirtutis nūquam satis pro merito laudatæ/icurrā eam reprehēsionē: qua Sparthanus Brasidas olim usus fuisse fertur:qui cum a quodam īuitaretur ad sophistā audiendum de laudibus Herculis disertatum:non infestiuiter

inquit τισ γαρ ψεγει τον θεον τουτον hoc est quis deum hunc uituperat? Cæterum hodierna disputatio / quãtum ipse mente coniecto / sicuti propter hypothesim hoc est subiectum futura est splẽdidissima / Ita propter auctorem erit excellens. hic enim ille est: qui cũ in ætate iuuenili sit collocatus senili tamen eruditione pditus est: qui doctrinæ excellentis atq; multiiugæ tale nobis specimen proximis quadragesimæ diebus exhibuit / dum ex more ecclesiastico in hoc augustissimo templo excellenter declamat / ut alieno præconio non egeat / ut laudatione nostra neq; maior neq; fauorabilior apud uos fieri possit / quam sua ipsemet uirtute factus est. Quo circa uos oĩs oro ut queẽadmodũ attẽtis auribus me ueluti prodromon. idest præcursorem audiuistis. ita attentis animis ipsum iã iam disputaturũ audire uelitis: qui si non omnia ad amussim hodierna disputatione tractabit / si ꝗ nõ ex omni penitus parte animis auribusq; uestris satisfaciet / dabitis ueniam ætati in qua qui non cadit saltem titubat / in qua alioquin idoles magis q̃ uirtus / magis flos quam fructus enitescere consueuerunt. Sed iam receptui canendum est / iam complicatis uelis remigio insurgendum / ut cimba nostra in portum festinabunda decurrat. Iamq; dicendi finem faciam / si uel hoc unum non præteriero quod uobis neq; iniucũdum sit audiuisse / neq; insuaue meminisse. eorum qui audiunt quatuor ferme ge-

nera esse cognoscimus/qui non inuenusta trāslatione sic appellari possunt spongia/infundibulum/colatorium/atq; excussorium polinarium. nam quemadmodum spongia omnem sorbet humorem ita quidem auditorꝶ cuncta quæ audiunt indifferenter exsorbent. Quidam quod altera aure ut dici solet hauserunt id/altera incontanter effundunt/nil retinendo/similes prorsus infundibulo: quod effundere solet quicquid infunditur. Alii in audiendo idem faciunt quod colatorium/nam sicut illud retinet fecem/& uinum ipsum emitit defecatum/Ita illi ex his quæ audiunt feculenta continent/defecata transmittunt. Omnium laudatissimi illi mihi uidentur auditores/qui excussorium polinarium imitanť: quo furfures excernuntur/ipsius uero farinæ flos cōtinetur. Igitur uos omnis & oro & hortor/ut in auditorio hodierno similes sitis uel spongiæ omnia exorbentes/uel potius excussorio polinario sinceriora tanq̄ farinæ flosculum retinentes: si qua uero turbidiora fuerint tanq̄ excreta furfurum transfluere permittentes. maliuolos uero auditores hoc est oblocutores detractoresq; tanq̄ prophands religiosus Iulianus ꝓcul esse iubet a religiosa familia/quæ nihil nouit nisi festum nisi mysticum nisi sacrosanctum. Sed iam me tacente ipsum diserentem attentis animis atq; auribus auditore. Dixi.

Oratio dicta in Cenaculo Palatino post prandium Tribunitium.

m Os Vetus est magistratus Amplissimi & longa utentium cõsuetudine comprobatus, ut sicut in aliis negociis obeundis, ita in hoc quoq; dicendi munere peragendo uicarios aliquando substituamus. sic olim Hortẽsius in senatu Ro. facile prĩceps ob nobilitatem, Et ĩ foro Rex causa℞ ob eloquẽtiam: in quadam actione succedaneũ fecit Mar. Tulliũ illum extra oẽm aleam ingenii collocatum. Sic ego quoq; hodierno die suffectus sum ĩ locum languentis Iureconsulti: qui nisi id horę ęgrotatiõe implicitus foret, sederet ĩ hoc augustissimo consessu inter ornatissimos collegas: Suũq; hoc ipsemet dicẽdi munus obiret. Me hanc ut prouinciam susciperem rogauit: qui iubere poterat Clarissimus Vexilifer noster. qui cõsulari ac pene dictatoria potestate præpollẽs agit magistratũ ut maximũ, sic saluberrimum honoratissimũq;: Ego uero cũ mihi aut indiserti aut inofficiosi esset fama subeunda, malui eloquentiã potius q̃ officiũ meũ desiderari. Igit̃ quæ deinceps a me dicẽtur, ea nõ tanq̃ a Philippo, sed pinde ac a magistratu dici existimatote: Cui oratio mea succedanea uicariaq; deseruit. Bene constitutam eam ciuitatem, & id oppidum pulchre munitum esse autumant nobi

lissimi philosophorum / Et plautina sententia est / unde perfidia / peculatus / auaritia exulant / unde inuidia / ambitio / obtrectatio / periurium iniuria lõgissime absunt. hæ autem pestes. hæ labes / hęc mala procul abiguntur exterminantur / exploduntur ex ciuitatibus legum magistratuumq; pręsidio. lex uinculum est ciuitatis / fons æquitatis : tutela rerum publicarum. leges Mar. Cato neruos ciuitatum esse prodidit: legum ministri sunt magistratus: Et ut ait non minus uere: q̃ nitide arpinas orator. lex est mutus magistratus / Magistratus est lex loquẽs. Vobis ornatissimi Tribuni lex & ius ciuile pręscribunt quid facere quid cauere debeatis: quæ sint munia : quæ partes tribunitię potestatis Eia agite dum capessite totis uiribus. tota mẽte. R.P. & quæ pertinent ad uestrum magistratum Sinceriter nauiter / callenter obite / sicuti iurati facturos uos spopondistis. Et sicut Tri. ple. nũcupamini: Ita estote plebicolæ patrõiq; populares. estote obuii expositiq; audiendis mortalium desideriis. Sint ad uos faciles aditus plebeiorum. libere querimoniæ iniuriarum. imitamini quęso Tribunos illos Romanæ Rei Publicæ / Cuius hęc ciuitas quasi effigies parua simulacrumq; est utpote a Romanis deducta Colonia. Valerio Flacco Atilio Serano. L. tappo triumuiris deducentibus. Tribunos enim Romanos ut historici prodiderunt nullum diẽ ĩtegrũ Roma abesse nec abnoctare fas erat / ut uidelicet semp p̃sto essent / ut suppetiæ

omni tēpore forent obuiæ. hic etiam ianuæ tribunoꝝ Die noctuq; antiquitus patebāt tāq̄ portus atq; suffugium laborantibus. Et ut Curio dicere solebat Tribuno cōuenit prebere se multitudini cōmodum. tractabilem. exorabilem. Ite & nos pue stigia maiorū: quos sequi debemus. si recto itinere præcesserint. populi cōmoda ꝑ uirili parte defendite Et instar agoranomoꝝ rem annonariam uelut in librili perpendite / ne fucota ne adulterina / ne enormi pretio distrahatur: quod quidē munus apud ueteres græcos Agoranomi. apud priscos Ros. Ediles peculiariter obibant. uerum ne digitum quidem transuersum / aut unguem quod aiunt latum a legis præscripto recedite. quæ ut ait Pīdarus regina est. Et ut Deus ille philosophoꝝ Plato ꝓpe diuinitus scribit. salus parata est illi ciuitati / In qua lex magistratibus dominatur. sicut interitus: in qua legi magistratus præsunt. Aristoteles quoq; in hoc doctorem Platonem emulatus: qui legem inquit præesse iubent uidētur iubere Deū præesse ī hoc ergo honoratissimi tribuni uersetur omne uestrū otium / omne negotium. in hoc quies & labor reponat / cūprimis estote iustitiæ cultores uigilantissimi: De qua melius est silere q̄ pauca dicere: sine qua optimatiū consensus factio est: sine qua ciuitates nō sunt hominum cetus iure sociati / sed cōciliabula prædatorū: cui sacrificātem olim Darium persarū regē dixisse ferūt. O domina si qua es usquā. quibus uerbis satis ostendit se iam pridem exoptasse

iustitiā: neq; illā usq̄ gentiū agnoscere potuisse. iterro-
gatus Agesilaus ille magnus/utra uirtus p̄stantior fo-
ret fortitudo an iustitia/oppido q̄ scite respondit/nihil
opus esse fortitudine ubi adsit iustitia cunctarum Re-
gina uirtutum: quam eruditi erudite graphiceq; oleo
comparant: ut enim oleum intus obest/foris infusum
corpori prodest: sic & iustitia utilis magis est aliis: q̄
exercitori/ob hoc dixit nobilissimus philosophorum
Iustitiam uirtutem esse ad alium. & quia ut Bias inquit
αρχη τον ανδρα δειξει hoc est magistratus uirū
ostēdit/efficite tribuni/ut tribunatus uobis/uos tribu-
natu digni fuisse uideamini: & cū administratio huiu-
sce clarissimæ ciuitatis cōstet ex statu Aristocratico ac
Democratico idest ex statu optimatium ac populari.
Cōspirate consentite cum summatibus/Referte ad se-
natum/referte ad hosce magistratus cōsulari potestate
p̄ditos: qui uobis erunt pro uirili parte omnibus in re-
bus adminiculatores. Duas potissimum res ducebant
discebātq; lacones illi graues & famigerati αρχειν και
αρχεσθαι/hoc est parere & impare. laudatus est Hā-
nibal quod ad res duas longe dissimillimas parēdum
atq; imperādū foret habilissimus. Ita uos/addā enim
calcaria sponte currētibus/in tribunicia potestate mo-
deranda utrūq; exercete pro rebus pro tempore pro p-
sonis. Ita laus uos etiā nolentes nō parua subsequetur.
Ita hic status incolumis florentissimusq; seruabitur/
cuius pulchritudinem tranquillitatem/fœlicitatem/

& id genus bona multiiuga Inclyto optimoq; Ioanni Bentiuolo iam pridem accepta referimus: Quod reliquũ est Reuerende Preses clarissimi oratores Magnifice Pretor accepti estis una cum ornatissimis tribunis prandio non tam luxurioso q̃ nitido: Nõ saliares non adiiciales non pollucibiles non dubias non ganeonum epulas esculentas tam sectati sunt conuiuatores nostri: q̃ elegãtiam adhibito tali temperamẽto: ut neq; luxuria popinatioq; helluonum: neq; parsimonia sordesq; deparcorũ ex prescripto legis orchiæ aut faniæ aut liciniæ aliarumq; legum sumptuariarũ: quas Cato cibarias appellat in hodierno conuiuio notarentur: & sicuti honestius nostri conuiuium q̃ græci dixere Symposium Ita hodierna fercula omnibus illis condimentis conuiualibus instructa fuerunt quibus non minus animi conuiuarum q̃ uentres saginantur. ut eduliis & poculis sermocinationes lepidissimæ immiscerentur: quibus confieret nepenthes illud homericum quo tristitia omnis expellitur quo hilaritas prouocatur Quod omnibus utiq; in conuiuiis esset propinandum uos quicquid fuit hoc conuiualis apparatus id boni queso consulite. Dixi.

Oratio habita in enaratione Lucii Apuleii.

u Etus est apud græcos ꝓuerbium Viri spectatissimi / qđ sic inqt. ἐν νυκτὶ βουλή. i. in nocte cõsiliũ: quo significat̃ cõsultatiões nocturnas longe meliores salubrioresq́ eẽ diurnis cogitatióibus. & ꝙ nox accõmodatissima est utilibus inuentis quæ a clarissimis cõditoribus fœcũda operũ merito dicta est. hinc ĩ re rustica antelucanæ uespertinæq́ lucubratiões / ĩ re militari uigiliȩ castrẽses. Hinc sapientes indoꝝ noctu cũ Rege ex ĩstituto ꝓpe solemni disputabãt tãq̃ id tẽpus ad capienda cõsilia sit accõmodatius. hic maximi quoq́ Imꝑatores super magnis imperii rebus per noctẽ consultare consueuerunt. ex quoꝝ cohorte / ut cæteros pȩtereã / Iulianus celebrat̃: ꝙ noctes ad officia tripartita diuideret uidelicet quietis. & publicæ rei atq́ musaꝝ / qui nocte dimidiata semp exurgẽs Mercurio supplicabat. quẽ motũ mentiũ & ĩgenii acumẽ suscitãtẽ theologicæ ꝓdidere doctrinæ. Mox cũ ardua & seria ad impiũ ptinẽtia negotia uigilãter ꝓcurasset / Ad ꝓcudendũ ingeniũ & studia excoléda uertebat̃. & q̃si pabula q̃dã aĩo ad sublimiora scãdenti cõquirẽs per oĩa philosophiæ mẽbra discurrebat. Poeticen quoq́ & Rhetoricen lucubratione nocturna ꝓcolens: quẽ memoriæ ipius doliũ exhausisse ꝓdiderũt. hic etiã uiri doctissimi libros suos titulo lucubrationũ inscripsere. Qui de nocte uigilãtes excudunt monumenta perennia aguntq́ nocturnis horis negotiũ posteroꝝ: q lychnobii hoc est ad

lucernā uiuentes elegātissime honestissimeqꝫ possunt appellari: hic. A. Gellius uolumina illa multiiugæ eruditionis lucidissimæqꝫ elegātiæ refertissima inscripsit noctium acticarū: quoniā per noctes hybernas ī agro attico commentationes eas ad lucernā elucubrauerat: Nos quoqꝫ nocturnis lucubratiōibus/ea. n. mihi subsiciua tēpora sūt/Cōmētarios hosce Apuleianos sub ī cude nostra litteratoria diis bene fauētibꝫ excudimus. Ita uitā haud dubie ꝓrogātes. Vita. n. ut dr̄ uigililia ē/ & ut ueteres dixer̄. dū talia mussitamus/pluribꝫ horis uiuimus. In hisce aūt Cōmētariis cōponēdis eadē mihi fuit ratio quæ ī aliis quoqꝫ cōplusculis: quę iā pridē edidimus: ut uidelicet pro uirili parte iuuaremus latinæ linguæ atqꝫ latinitatis studiosos. nec nō humanioris disciplinæ assectatores. Scribit Plato deū facto mūdo/exultasse gaudio: Ego ut minima maximis. cadu ca ꝑpetuis nugatoria diuinis cōparem/afficior gaudio nō mediocri. cū uideo cōmētarios diutinis uigiliis ab solutos per ora uiroꝵ & manus uolitātes circūferri/cū labores nostros neqꝫ cassos neqꝫ pœnitendos fuisse cōspicio. Sed alioꝵ sit iudicium & censura sup nostris lucubrationibus. Quod meū est scio me pro uiribus & ingenii captu elaborasse. ut hæc edulia facerent ad stomachū bonoꝵ atqꝫ gustatū. Illis uero qbus cuncta putere uident̄ & acescere/quoꝵ stomachus est morosior: nostra condimēta nō cōdiuntur/phagoloedori/sic enī appellantur qui maledictis & conuitiis pascuntur/ne

attingant nostras dapes: ne uirulenta lingua & palato bonos cibos īficiāt: Vitupones obtrectatoresq; quorum dentes canini sunt & linguæ acuminatæ ad detrahēdū procul sint a meis uoluminibus: quāq̃ ego taliū uiperarū iāpridē morsus uirulētus Alexipharmaco doctrinæ munitus expello/& eorū maledicta īstar Catōis sino preterfluere. Quinimo ut illorum inuidētia fiat irritatior utq; magis magisq; rūpantur/nō desinā hāc scribendi cōmentādiq; prouinciā/cui satis idoneus eē uideor. & quādiu mihi uita suppetet Tā diu semp aliquid in officina nostra litteraria litteratum excudetur: Extant ingenii nostri / extāt eruditionis quātulacūq; est in omni scriptionis genere monumenta/orationes Poemata/Epistolæ/Annotationes/Cōmētarii: Quæ omnia nisi mihi bibliopolæ blandiuntur/ expetuntur a studiosis. probantur a doctis/ terūtur manibus scholasticorum tam prouincialium q̃ Italicorum. Bene habet/hic est fructus laboris. hoc premium: huc lucubrationes nostræ diriguntur/ ut placeant ut prosint/ut interpretationes nostræ non egeant interprete/ quo nihil in cōmentatore potest esse uitiosius. Nam sicuti poeta comicus lepidum / Satyricus figuratū/ panegyrista plausibile/Epigrāmatista lasciuum componere solent & debent / Ita cōmentator lucidū condet: quem nihil magis decet q̃ rerum uerborumq; perspicuitas. Cæterum nouissimum opus sub incude nostra procusum recētissimaq; fœtura est hæc Apuleiana fabricatio: hęc

ORATIO

Asini Aurei bracteata concinatio/quæ cum ex Luciani filis texta sit. cumq; ex Luciani racemis Lucius noster uindemiam sibi collegerit/nõ intempestiuum erit pauca quędam super Luciano percensere. & quoniã hæc Metamorphosis idest Asini Aurei transfiguratio referri cõducenter potest ad pythagoricam Metẽpsychosin atq; palingenesian idest transanimationem regenerationemq;/non pigebit de pythagora / Mox de pythagorico Apollonio Tyaneo prolixius fabulari: necnon de magia nonnulla digna scitu nec indigna relatu sermocinari: Vos ut cepistis quęso diligenter attendite.

FINIS.

n

In calce ludicra hæc amatoria/quæ olim adolescentulus lusi ueluti appēdiculā quādā apposuerūt impssores. Tu hoc quoq; qualecūq; est boni consulito.

Osculum Panthiæ.

Valia lasciuo dedit oscula sæpe Tonanti
q Dardanius phrygia raptus ab arce puer.
Qualia formosę Veneri dilectus Adonis:
Qualia pastori Tyndaris iliaco:
Qualia Tænarides tribuit puer oscula Phœbo.
Amphytrionadæ qualia pulcher Hylas.
Qualia purpureæ/quæ conspicit omnia/Luna
Latmius in somnis contulit Endymion.
Talia mille dedit roseis mihi basia labris
Panthia:feruoris prima fauilla mei.
Quantus odor/quātum diuini nectaris illis/
Quantus mellis inest Ambrosiæq; liquor.
Cinama quod spirant/quod olet Cinireia Myrtha:
Et quod odorus arabs coriciumq; crocum.
Succina quod fragrāt manibus tractata/quod omne
Vnguentum/& fracto fusa falerna cado.
Balsama quod spirant/redolent quod florea rura/
Quod citrum & uiolæ purpureæq; rosæ/
Hoc redolent dominæ dulcissima basia nostræ
Hoc os formosum labraq; purpurea.
O me fœlicem/cui pharetrate Cupido

OSCVLVM PANTIAE.

Et Cytherea Venus tot tribuistis opes ?
Non ego fortunas Crœsi 'pythisq; Bithini
Expeto: non gazas diuitiasq; Midæ.
Me mea formosis teneat foueatq; lacertis
Panthia: rex regum tunc ego summus ero.
Me iuuat: ut dominæ placeam: tolerare labores
Erumnasq; graues Imperiumq; ferox.
Me iuuat æstiuas sub Cancro ducere luces:
Egocerique niues ire ad hyperboreas.
Obsequar ut dominæ: durum nil ferre recuso
Si iubeat stygias nunc aditurus aquas:
Tantum forma ualet. Tanti est spectata uenustas
Et decor: & facies: & lepor atq; sales:
Si redeant ueteres facundo pectore Vates:
Elysium uacuet si pia turba nemus:
Si Maro nunc repetat superos: et culta Tibulli
Musa/& Nasonis pieriusq; chorus:
Nemo satis queat eximiam laudare puellam
Et decus & faciem corporis egregii.
Huic est forma potens: sunt æmula lumina stellis:
Lumina quæ possent sollicitare deos.
Procerum corpus dominæ est: teretesq; lacerti:
Est formosa manus: articuliq; leues.
Pes paruus: fuluæq; comæ / facundaq; lingua:
Sunt modici risus: atticus estq; lepos
Hæc candore niues uincit: superatq; rosarum
Fulgorem. in toto corpore nulla nota est.

Quicquid agit:siue incedit:siue accubat:aut stat:
Aut sedet:exornat subsequiturq; decor.
Tota decens:urbana:sagax:est tota uenusta:
Votaq; natiuo pulchra colore placet:
Non cerusatis incedit candida buccis:
Nec fucata genas atq; supercilia.
Esopa non spirat:pharii nec stercora piscis.
Non creta/aut asinæ corpora lacte fouet.
Non oculos stibio linit/aut fuligine pingit.
Ah pereant quibus hæc cura decoris inest.
Quid iuuat externo formam corrumpere luxu?
Atq; peregrinis cultibus inficere?
Non ne Deus uobis faciem dedit: heu scelus:illam
Polluitis fuco/& leditis artificem.
Iuppiter hinc in uos iaculatur fulmina:mittit
Excidium/pestes:fœmineumq; malum.
Nostra Venus uiuo graditur formosa colore.
Natiuisq; placet dotibus atq; bonis.
Quantum inter flores Amaranthi & Lilia fulgent:
Et Violæ & Loti : coccineæq; Rosæ.
Quantum inter stellas collucet Luna minores :
Cynthia te q̃tum Cynthius exuperat:
Tantum inter pulchras radiat formosa puellas
Panthia:purpureis ęmula sideribus.
Cedat peligno celebrata Corina poetæ.
Cynthia cum Nemesi culte Tibulle tua.
Lesbiaq; assurgat dominæ: Ticidæq; Perilla.

Et tu iam Gallo dicta Lycori tuo.
Dissimulet faciem Lais ephyreia/cuius
Traxerat attonitos forma superba uiros.
Forma Menandreæ fuerat nec Thaidos olim
Tanta/nec est Phyrnes tam decor egregius.
Sordida Penolope.turpis Virginia.turpis
Est collata tibi Panthia Sulpitia.
Cedat Darei coniunx.Cornelia Magni.
Hippodame/& comptis Laodomia comis.
Cedat & Abradatæ consors tibi Panthia/cuius
Ipsa geris nomen nomine fictitio/
Si Paris hanc phrygius phrygia spectasset ab ida
Non peteret portus Tyndari pulchra tuos.
Iuppiter hanc uideat/subito descendet olympo.
Fiet olor: Satyrus: Taurus/& Amphitryon.
Dia Camilla minor:minor est Lucretia/& omnes
Italides matres/cecropiæq; nurus.
Stratonice Antiochi dispar/Popea Neronis/
Lamia Demetri.candida Leucothea.
Cedite iam diuæ Tritonia. Iuno.Dione.
Quas Paris ideis uiderat ante iugis.
Quid maiora loquor/te Penthesilea probabit
Et colet/heu nomen dulcius ambrosia.
Panthia formosis formosior heroinis
Digna soror Phœbo/coniuge digna Ioue est.
Digna quidem cœlo facies.Iamq; incipit esse
Cognita & eois/cognita & hesperiis.

Hanc ego uiuentem uiuus/defunctus amabo
Hanc quoq; defunctã. sic iubet alma Venus.
O decus o facies o cypride digna parente
O & germanis digna cupidinibus:
Panthia dii tibi dent tercentum nestoris annos
Secula Tithoni perpetuumq; decus.
Oscula felicem dudum & fecere beatum
Me tua: Si dederis cætera diuus ero.
Interea ardentem quæso miserare Philippum:
Sit tibi cura mei: me cape mancipium.

Philippi Beroaldi Fortuna ad Minum
Roscium Senatorem.

n Emo diu rebus cõfidat Mine secundis
Nemo diu speret prosperiora dari.
Oĩa uertũtur: nec regum regna ducũq;
Stare queunt: celeri sors trahit ista rota.
Sicut terra uices mutat rerumq; colores:
Atq; annus uaria tempora lege rapit.
Vt neq; pura dies omnis: neq; lucidus aer
Semper: & ęstatem nubila pellit hyems:
Sicut sudificus boreas fulgentis honorem
Despoliat floris arboreumq; decus:
Sic homines fortuna rotat/quodcũq; benigna
Larga manu dederat/mox inimica rapit.
Cæca/uaga: inconstans/incerta/uolubilis/illex/
Comis/blanda/potens/trux/uiolenta/rapax/

Hæc dea non ſtabilis:uaria eſt/& lubrica:& omni
Mobilior uento /mobiliorq; polo/
Hanc pedibus priſci Vates finxere carentem
Inq; pila ſtantem pẽnigeramq; deam.
Hos ut mater alit/ illos ut ſæua nouerca
Exagitat/fouet hos:his inimica nocet.
Hunc amat/ex imoq; ad celſa cacumina ducit
In ſolioq; locat cõſpicuumq; facit/
Aſt alium rapit in pręceps/qui diuite gaza
Qui regno fuerat fultus & imperio.
Improba quanta potes/proh quanta potentia regni
Eſt fortuna tui / quantaq; mobilitas.
Quam ſit diua tuum numen uenerabile magni
Aeneadæ oſtentant Romulidæq; patres.
Qui te tam multis olim coluere ſacellis:
Quam non multa ſuo templa dedere Ioui.
Maxima barbatam Fortunam Roma colebat:
Quod dat barbatis gaudia/quodq; fauet.
Tullius extruxit fortunæ templa puſillæ
Quod paruus magnum uenit in imperium.
Et uiſcata dea eſt:homines quia prendit & arctat/
Auceps ut uiſco prendere tentat aues.
Eſt fortuna mala:eſt conuertens:eſt bene ſperans/
Fortis habet nomen. Maſcula culta dea eſt.
Vt tua multiiuga eſt uaria & numeroſa poteſtas
Sic ſunt multa tibi nomina facta deæ /
Tu ſors / atq; Tyche/modo tu fortuna uocaris/

Te modo naturam cælicolamq; uocant.
Quidem te Nemesim memorant: Rhãnusia multis
Diceris: ast aliis Nortia dicta dea es.
Omnibus ipsa locis cunctorum uocibus una
Carperis & coleris/prout mala uel bona das.
Ipsa gubernaclum gestas: quia cuncta gubernas
Et quia tradis opes: copia iuncta tibi est.
Omnes connexi tecum sumus: & tua uincla
Perpetimur cuncti: Seruiciumq; ferox.
Astricta nunc hos/nunc hos leuiore Cathena
Sęua ligas: felix qui iuga laxa subis.
Felix fortunæ quisquis memoraris alumnus/
In cuius gremio mollia membra foues.
At tu cui paulum arrisit dea cęca/caueto
Ne det fucosas subdola blandirias.
Piscator ueluti blanditur piscibus hamo/
Effunditq; cibos insidiasq; parat.
Sic fortuna tibi comis blanditur/in altum
Tolleris/ut lapsu mox grauiore ruas.
Exemplo tibi sint Troiana & Persica regna
Argolici reges/Romuleiq; duces.
Rex Priamus phrygiæ populis sceptroq; superbus/
Qui tenuit magnas luxuriosus opes/
Occubat infelix/ferro obtruncatur ad aras
Numinis Hercei/Victima fitq; Iouis.
Dareum Persas & persica regna tenentem
Qui fuerat regum maximus/atq; ducum.

Vincit Pelleus ductor / Bessusq; trucidat:
Fortuna ex alto præcipitat solio.
Ponticus epoto rex claudere fata ueneno
Conatur / nati Pharnacis arma tremens.
Magna fuit quondam diuesq; opulentia Crœsi:
At seruus Cyri mancipiumq; fuit.
Olim Romani lybicum timuere Iugurtham.
Captiuus decorat pulchra trophea Mari.
Dirripiuntur opes numidæ / regnumq; Syphacis
Sceptriferasq; manus arcta cathena ligat:
Quid gemini Atridæ? quorũ alter coniugis arma
Sustinet infelix / alter adulterium.
Quid Magnus? quo nil Romana potẽtia maius
Vidit: qui toto uictor in orbe fuit:
Vincitur a socero: fugit ad nilotica regna.
Septimius phario diripit ense caput:
Olim cecropiis decorata est Hellas Athenis:
Græcia nunc omnis cecropidæq; iacent.
Oedipodioniæ tenuerunt culmina Thebæ.
At nunc Thebarum gloria nulla uiget.
Troia fuit pollens phrygiis celeberrima regnis
Nunc troia in cineres uersa sepulta latet.
Alta semiramio fabricata bitumine quondam
Mœnia: subuersa nunc Babylone iacent.
Quid plura enumerẽ? quõdam decus & caput orbis
Roma peregrino est subdita Pontifici.
Cuncta fluunt: res nulla diu durare maligna

Sorte potest: celerem quæ rotat usq; rotam.
Ac ueluti Lunæ facies modo conficit orbem
Et modo deficiens nocte tacente silet.
Et modo clara micat pnox/modo nulla senescēs
Cernitur/& nunq̄ quo prius orbe nitet /
Sic fortuna facit/nunc pura & lucida fulget/
Nunc obscura latet/nec manet una diu.
Hæc iuuenum dulces disrumpe tentat amores/
Atq; uoluptati miscet amariciem.
Olim ego florebam felix ī amore beatus/
Fortunátus eram/nulla erat atra dies.
Me mea laudabat solumq; fouebat
Panthia/sola mihi Panthia cara fuit
Soli carus eram/soli mihi sola placebat
Panthia/& amborum mutuus ardor erat.
Inuidet heu fortuna mihi/miserumq; flagellat/
De solioq; trahit præcipitemq; rotat.
Hæc facit ut domina ardentē restiguat amorem
Næc uelit esse suum/qui suus ignis erat.
Ignis eram dominæ dulcis/dominaq; fruebar.
Hei mihi nunc domina cogor abire mea.
Hei mihi nūc spnor/miserūq; excludit amātem
Et refugit nostras Panthia dura preces.
Sors fera cur dirum torsisti fulmen ? amanti
Cur mihi dura furens imperiosa noces ?
Non ego te lesi non te fortuna fefelli/
Impia nec lingua est inficiata deam.

Malo ego tartareum uiuus penetraté barathrum,
Alectoq; trucem, Thisiphonenq; pati:
Panthia q̃ mihi sit contraria: q̃ sua uertat
Corda dolens: nec me plus uelit esse suum.
Possum ego magnorum cõtemnere magna deorum
Numina, supremum ludificare Iouem:
Brachia dum nostro supponat eburnea collo,
Meq; suum foueat Panthia mancipium.
Hei mihi mutata cur Panthia? Iam mihi uita
Inuisa est: nec lux, nec iuuat ulla quies.
Viuere non possum sine te mea Panthia: tu nunc
Elige: me ne uelis uiuere, me ne mori.
Sydera cælicolas testor summumq; Tonantem
Crimine me nullo contemerasse fidem.
Si nunc excludor, si nunc exterminor omnes
Iuro deos post hæc Panthia solus ero.
Me sub amore tuo consummet longa senectus:
Tu mihi primus amor: tu mihi finis eris.
Non ego mutari possum: seu Nestoris æuum
Siue ego cumeæ secula uatis agam.
At tu nostri decus es Splendorq; senatus,
Fortunæ felix ingeniiq; bonis.
Quiq; es doctorum doctus uerusq; patronus,
Quem decorat Phœbus, pieridesq; fouent:
Mine lacessentem discas tolerare puellam:
Et perferre minas seruitiumq; ferum.
Imperium mitis perfer durasq; cathenas.

Sic iubet alma Venus: sic pharetratus Amor.
Panthia me docuit cunctos deponere fastus:
Atq; humilem duro subdere colla iugo:
Nunc humilis/nunc demissis ceruicibus ibo:
Nunc dominæ leges iussaq; magna sequar.
Sed tu quid sentis/qui calles cuncta/quid oro
Mine mones? mihi da quod peto consilium.

Philippi Beroaldi Diræ in Maledicã.

Est q̃dam deformis anus/maculosaq; lingua
Garrula: latratrix: perfidiosa: procax:
Liuida: detractrix/mordax/quæ dẽte canino
Oreq; uipereo nigra uenena uomit.
Inficit os luror/Sordent rubigine dentes/
Sunt oculi torui/cordaq; felle uirent.
Nomen habet lenæ/quod sic est moribus aptum
Vt sunt apta fero bellica tela deo.
Hanc fugiunt omnes/pauet hanc uicinia tota/
Vt pauet aspectum cominus agna lupum.
Hæc facere inuisos genitori perfida natos/
Hæc fratres posset dissociare pios.
Hæc si fœcundum concusserit Improba pectus
Fuderit & uirus uipera lethiferum:
Nulla fides/nec pax/nulla est concordia/nec ius/
Nullus amor ueteres inter amicicias/
Oderit æaciden Patroclus/Castora Pollux

Ogygiden Tydeus: Thesea Pirithous:
Nec pithiam Damon: Piladem nec amabit Orestes
Nec siculi fratres pectora fida gerent:
Fraudum mille modos/artes quoq; mille nocendi
Hęc habet: & linguam uibrat in excidium:
Sibilat & nostros tentat disrumpere amores:
Vt quæ dicta mea est/non uelit esse mea.
Vellicat hęc: furtimq; odii gliscentia spargit
Semina: flagrantes atq; inimicitias.
An tu de nobis audes maledicere: tu ne
Vipera cõnexos dissociare duos
Garrula tu ne seris uirus: linguamq; procacem
Exeris: & pacem rupere sęua paras?
Nulla fuit/nec erit tam magne potentia lingue:
Vt sit amatori Panthia dura suo.
Malo inimicicias diuum summiq; Tonantis:
Quam mihi sit dominæ mens inimica meæ.
Quæ mihi diuitiis/uita iucundior ipsa/
Charior est geminis quæ mihi luminibus.
Nullus amor tantus: nullus sic tela medullis
Flagrantesq; faces sensit & incaluit.
Non sic Priamides Helenen dilexit: amicam
Meoniam non sic Amphitrioniades
Non sic Tyndaridæ geminas Leucipidas ambo.
Nec Venerem Mauors belliger ethereum.
Non Daphnen Phœbus: Cidippen Acontius ardet:
Non tanto Semeles ęstuat igne Tonans.

Misce & cunctorum quot quot narrantur amores:
Aut par aut maior noster is ardor erit
Panthia si mihi sit contraria/perdite queso
Me superi/& feriar fulmine fatifero.
Te sine nulla quies/nulla est mi uita beata
Panthia/nec uinum nec cibus ipse iuuat.
Iuppiter omnipotens flagranti percute telo
Vipeream linguam sacrilegumq; caput
Hoc ego summe pater/petit hoc uicinia tota
Hoc pulchra ante alias Panthia nostra rogat.
Thure uaporabo fanum/cedamq; bidentes
Ornaboq; tuas fronde uirente fores.
Quin ego tunc mecumq; simul mea Panthia uoti
Ambo rei/dabimus carmen & exta ioui.
Quid tibi lena precer pro talibus improba dictis
Et pro funestis improbo criminibus?
Terra neget uictum/tibi deneget unda liquorem/
Aethere nec possis sideribusq; frui.
Infestus tibi sit uulcanus/noxius aer/
Offendant oculos Lunaq; Solq; tuos.
Dii faxint subito percussa ut sydere lingua
Nec mussare uelit nec blaterare queat.
Dira fames & dira sitis tua uiscera uexent/
Nullaq; sit uini copia/nulla cibi.
Sępe roges mortem/nec mors tibi sæpe rogata
Adsit/sintq; tibi secula nestorea.
Marcescasq; situ putri/cariosaq; membra

Curuentur: nec nox nec iuuet ulla dies.
Sis quoq; pallidior buxo: uillosior ursa:
Nigrior & moris, aridiorq; Scobe.
Vt caret oedipodes oculis & lucis honore:
Tu quoq; sic careas uipera luminibus.
Nec tibi recta magis sint crura: pedesq; decori:
Quã sunt Mulciberis Tardipedisq; Dei.
Guttur ut Erigones astricto fune pependit:
Sic tua per laqueos colla nefanda crepent:
Vt Niobe in saxum: ut Biblis uertaris in undas.
Par facies ursæ sit tua parrhasiæ
Vt Mirrha est cortex, utq; est Phaetontias arbor,
Arboreas frondes sic tua membra ferant.
Olim ut Nyctimene facta est nocturna uolucris:
Obscura sic tu noctua noctce uoles.
Vt sensit Phœbi lethalia tela Coronis:
Sic te configant spicula lethifera.
Te premat omne genus morborum: & feruida pestis
Exurat corpus, dilanietq; cutem:
Calculus, & uomicæ putres: turpesq; podagræ
Et chiragra, & lateris cardiaciq; dolor.
Pręterea omne genus tormenti: omnesq; dolores
Te miseram excrucient, conficiantq; truces:
O Vtinam uiuens cunctos patiare dolores:
Quos omnis passa est fœmina, quosq; feret.
Post obitum tibi sit tormentũ uulturis atri;
Sisyphiusq; labor tantaleusq; liquor.

Te solam lacerent furiæ: rumpantq; flagella,
Et lassent crebris brachia uerberibus.
Sola luas pœnas: umbræ manesq; quiescant,
Excipe cunctorum uipera supplicium.
Quãtum cerua pauet fuluũ trepidatq; leonem:
Accipitrem quantum blanda columba timet:
Quãtũ aquilã cygnus. congrũ murena: camelũ
Odit equus. uitem brasica: capra lupum.
Quanta inter mures atq; est discordia feles
Quantum mus uolucri dissidet ardeola.
Tanta mihi tecum est discordia uipera: tantum
Est odium atq; truces sunt inimiciciæ:
Donec pugnabunt calidis frigentia: siccis
Humida: cum duris mollia, & ignis aquis.
Donec erit stabilis tellus: & mobilis unda,
Errabitq; polo Cynthia Stellifero:
Dum uelox Tigris: segnis testudo: Salaces
Erucæ: pontus cerulus: albus olor:
Dum lepus hirsutus: fuluus leo: lubricus anguis:
Curui delphines: Asper echinus erit,
Tecum bella geram: & certamina dira, nec iras
Finiet interius, nec mihi longa dies.
Post obitũ manes pugnabũt manibus: umbram
Impetet umbra minax, conficietq; tuam.
Sic nũq̃ uiua, & nũq̃ defuuncta quiesces.
Viuus ero infensus: mortuus asper ero.
Dii iustas audite preces: rata uota precantis

Efficite: hanc meritis plectite suppliciis:
Eueniet: mihi signa deus dat certa: ualeto
Vipera: Iam diras experiare meas.
Cũq; tuum steterit fossa tellure cadauer:
Id lacerent uolucres: diripiantq; feræ.
Intestina canes: omentum & uiscera corui
Discerpant: rabidæ cætera membra lupæ:
Cumq; minutatim fueris concisa: locutrix
Vulturis in primis sit tua lingua cibus.

Philippi Beroaldi Cupido.

Onscia curarum & fidi internuntia cordis/
c Quæ dominæ longa iuncta es amicitia:
Daphne de nobis loqtur quid Panthia tecũ?
Deq; suo sentit dic rogo mancipio?
Est ne oblita mei? nulloq; accenditur æstu?
Mutuus an pulchro pectore uiuit amor?
O utinam uiuat: parilicq; calore calescas
Panthia/sitq; tuis ossibus ignis edax.
Quantũ æthnei ignes: uesuuia incendia quãtum
Et liparæus ager/flagrat & æolius.
Tantum nostra tuo flagrant præcordia amore:
Ardet mens: animus totus: & ingenium.
Nunc scio quid sit amor: nunc arcus tela sagittas
Sentio: flagrantes experiorq; faces.
Nunc te cœlestis: nunc te plebeie Cupido

Noscimus: & quantum pollet uterq; deus.
Dogmata diuini memorant si uera Platonis
Sunt geminæ Veneres, est geminatus Amor.
Cœlestis Venus est nulla generata parente
Quæ casto sanctos nectit amore uiros.
Huic comes ē magnus deus, ābrosiusq; Cupido:
Quem docti norunt Egregiiq; mares.
Altera sed Venus est totum uulgata per orbem
Quæ diuum mentes alligat atq; hominum:
Improba: seductrix: petulans: lasciua, proterua:
Blandiloqua, illudens, imperiosa, procax.
Hæc & Ceston habet, qui nodus discolor omnes
Blanditias gestat, pharmaca, nequitias.
Hāc comitatur amor, facibus qui pectora sęuus
Vrit, & infernis imperat & sueptis.
Subdolus, impostor, mendax, truculētus, & asper,
Blanditiis pollens fraudibus atq; dolis
Hic domitat pecudes, pisces, insecta, ferasq;,
Monticolas faunos, siluicolasq; deos.
Hic mortale genus pharetra succinctus & arcu,
Et face debellat cœlicolasq; deos.
Pocula dat dulci circunlita melle, sed intus
Fel gerit, & largam fundit amariciem.
Principio iuuat, & mentes demulcet amantum,
Mox ferus exagitat despoliatq; rapax.
Diuitias lacerat, cum damno dedecus affert,
Emollit mentes ludificatq; ferox.

Diſtrahit/exanimat/cruciat/uerſatq́ꝫ/rotatq́ꝫ/
Carnificiſq́ꝫ truci fungitur officio.
Improbe Amor q̃tis mortalia corda fatigas
Curis:& quantis ſæue cupidinibus.
Perfide quot iuuenes iugulaſti/quotq́ꝫ puellas/
Quot tua pręcipitant ſpicula & inſidiæ.
Teſtis abydenus iuuenis/tibi quem rapit Orcus
Helleſpontiaco Sexta puella mari.
Teſtis Priamides/qui dum Spartana petebat
Cõnubia/euertit ſeq́ꝫ ſuumq́ꝫ genus.
Teſtis Tarquinius/cui dat Lucretia raptos
Per uim concubitus/imperiumq́ꝫ rapit.
Iphis Anaxareten dum non tolerare ſuperbam
Suſtinet/infœlix a trabe pendet onus.
Non pudet Alciden geſtare monilia collo:
Lidia & ingenti ducere penſa manu.
Vertitur in fontem Biblis phœbeia: Cauni
Dum petit amplexus fratris:& ille fugit.
Myrrha quoq́ꝫ īfando correpta Cupidine ſtacten
Sudat odoratam:deliciaſq́ꝫ parit.
Leſbia quin etiam perculſa cupidinis œſtro
Sappho de celſa Leucade membra dedit.
Cælicolis riſus Mars/& Cytherea fuerunt:
Mulciberis uincti retibus atq́ꝫ dolis.
Quid memorē ęrumnas hominū:cladeſq́ꝫ deorū
Quos tua percuſſit dire Cupido manus.
Ipſe Panõphæus quotiens fit fabula turpis

Iuppiter:& solio labitur etherio
Vt tua sectetur dictata: nec ire recusat
Sub iuga & imperium ferre cupidineum.
Taurus in europa est:satyrus nycteide:cycnus
In leda: alcmenen comprimit ampitryon.
Ergo ego cum uideam superos ipsumq; tonantem
Ire sub imperium: seruitiumq; pati:
Non gemo non doleo/de me pharetrate cupido
Si figis castris lauta trophea tuis.
Cuncta feram patiarq; libens:iam signa tubasq;
Incipio que artes nosse cupidineas.
Omnia iam noui:docuit stratagemata & astus
Sęuus amor:non sum tiro sed emeritus.
Me lachrimę & longi doctum fecere labores/
Perpetua anxietas/excubiæq; graues
Panthia me docuit qui sint in amore dolores/
Affectu: curæ:gaudia:damna:doli:
Nunc scio quas leges/quæ iura/aut dogmata sęuus
Tradat amor. scripsi singula & edidici.
Quæ spes:que timor/quod bellũ/fœdera/quæ pax:
Induciæ fiant atq; inimiciciæ/
Nunc scio quãta gerat secũ mens pręlia amantum:
Quantaq; mobilitas dissidiumq; premat.
Hoc uelit/ hoc nolit/cupiat quod spreuerat ante/
Fluctuet/ut glauci fluctuat unda sali.
Vt mens infelix alieno in corpore uiuat.
Vtq; animus dominæ migret in hospitium.

Nunc scio q̃ largi sunt fletus/ utq; medullis
Ossibus & uenis feruida flamma latet.
Vt sine febre dolet/sine morbo languet amator/
Vt somni uigiles/ irrequieta quies.
Vt rubet ut pallet subito/mutatq; colores/
Siue pudor uexet pectora/siue timor.
Nunc scio ut infractæ uoces/ mutilataq; uerba/
Vt coram domina cor salit atq; tremit.
Vt q̃ longa graui suspiria corde trahuntur/
Vt modicus risus: multus amaror inest.
Vt gaudet lęta/plorat plorante puella/
Induit & uultus uultibus alterius.
Nunc scio ut infelix dominæ uestigia quęrit
Et reperisse timet/mobilitate leuis/
Genua labant/quotiens fastosæ limen amicæ
Transit/& in toto corpore membra tremunt.
Nunc scio quãtus amor supra caput istet amãtũ/
Atq; omnem sophiam consiliumq; fuget/
Condita q̃ paruo sint larga absinthia melle/
Lurida uel q̃tum pocula fellis habent.
Malo ego lerneæ immedicabile uirus echidnæ
Oraq; auernalis terna subire canis/
Cum libyco nudas monstro exercere palæstras
Erumnasq; graues herculeasq; pati/
Quam colluctari tecum pharetrate Cupido
Et perferre tuas imperiose faces.
Nunq̃ liber erit, nunq̃ mihi crede beatus

Aut probus/aut prudés quiſquis amator erit.
Vita erumnoſa eſt/mors eſt infamis amantum:
O felix quiſquis talia non pateris.
O felix Veneri medium qui porrigis unguem
Et rides arcus ſpicula tela faces.
Aſt ego/quem ſic dii uoluerunt uiuere/uiuam/
Emoriarq; tuum Panthia mancipium.

Philippus Beroaldus Reuerendo Iacobo
Antiquario Ducali ſecretario Sal.

n Vperrime cum feriatus eſſem Vir præſtá/tiſſime periclitaturus ingenium conuerti in latinum ſermoné ex uernacula lingua canticum Franciſci Petrarcæ religioſum/quod tibi homini religioſiſſimo potiſſimum dicaui. nam qui bona fide deos colit: amat & ſacerdotes/ & q religionem pie ueneratur/ religioſos demereri concupiſcit. Præterea cui commodius q̃ tibi carmen myſticum dicari debuit? qui myſtes es/ & myſticis cerimoniis initiatus. Accipe ergo uirorum optime opuſculũ de alieno reformatum/de alieno noſtrũ/Quod ſi nõ eũdem ſaporem in latino ſermone cuſtodit/quem in uernaculo ſeruat/ Scito difficillimũ eſſe alienas lineas inſequentem non alicubi excidere. Quéadmodum enim ſemina in alienam terram tráſlata natura ſe uertente degenerát/ita quæ in ſua lingua benedicta ſunt/

pristinum nitorem in translatione deperdunt. tamen pro mea mediocritate connixus sum ab interpretis officio non recedere: & sensum exprimere de sensu. Nã ad uerbum interpretari & syllabatim singula explicare absurdum est. Quid multa? Tu qui doctissimus es prima inspectione facillime nosces: quantum ab archetypo labat ac decidam. Sed hoc malui agere q̃ nihil agerẽ: & ne omnimo asymbolus apud uos essem/ hoc pro symbolo tibi dicatum attuli/quod ut in partẽ bonam accipias rogamus: Vale uirorum optime: & Philippum tuum mutuo dilige.

Pęanes Beatæ Virginis ex Frãcisci Petrarchæ poemate Vernaculo in latinum conuersi.

Irgo decens: quã Sol uestit stellæq; coronãt:
.u Cuius forma fuit summo tam grata tonanti
Vt tua condiderit sanctã intra uiscera lucem:
Nunc me castus amor: ut de te carmina pangam
Sollicitat/ Verum absq; tuo summiq; tonantis
Numine deficiunt tanta ad conamina uires.
Nunc te diua uoco/cuius responsa benigna
Accepere omnes fidi ueriq; clientes.
Sors humanarum si te tristissima rerum
Sollicitat Virgo/quęso mea uerba precesq;
Exaudi/mitisq; meo succurre labori/
Quãq̃ ego terrigena/& tu sis regina deorum:

O Solers Virgo: cuius solertia fulget
Virgineos inter cetus diuasq; beatas.
Tu clypeus miseris firmus mortalibus una es
Ictus fortunæ contra mortisq; cruentos.
Sub quo tuta quies & spes est certa triumphi:
Te duce mulcetur, qui torrentissimus æstus
Nos coquit insulsos, oculos o Diua decoros
Qui tristes uidere tui liuentia nati
Pectora: ad instabiles res nostras flecte parumper
Ambiguumq; statum: & rebus iam consule fessis.
O Sine labe nitens penitus sinceraq; Virgo
Atq; tui nati soboles genitrixq; decori
Quæ das terrestri lucem uitæ atq; supernæ,
Per te diua potens & cœli clara fenestra
Venit ab Etherio nos ut seruaret olympo
Filius ęternus tuus ęterniq; parentis.
Tu sola ex omni numero turbaq; piarum
Deligeris: luctus Euę quæ in gaudia uertas.
Effice: nãq; potes: ut me tua sancta propago
Comiter excipiat refouens: bis terq; beata
Sidereaq; ĩter superos pręcincta corona:
O dea sancta pio diuorum plena fauore,
Eximia cœlum quæ mansuetudine scandis
Vnde meas audis uoces regina precesq;.
Tu fontem sacræ generas pietatis: & una
Iustitiæ solem: qui sordida secula purgat:
Pollutumq; suis lustrat fulgoribus orbem.

Nomina conueniunt uni tria:nãq; tonantis
Tu genitrix tu nata simul tu sponsa fuisti:
Tu consors regis diuumq; hominũq; parẽtis
Qui pedicis mortale genus laqueisq; resoluit:
Qui libertatem cunctis dedit: atq; beatas
Effecit terras:cuius per uulnera sancta
Cor nostrum quæso exatures o diua beata.
O Virgo cui par nulla est:& nulla secunda
Exemploq; cares cuius forma atq; uenustas
Cœlicolis cœloq; placet summoq; tonanti:
Ingenui mores dulcisq; modestia:& illa
In te sancta fides sacrata & uiua fuerunt
Tẽpla deo uero:& tua : quod mirabile dictu:
Virginitas fecunda fuit:prestare beatam
Iucundãq; potes nostrã & sine turbine uitam.
Si precibus diuina tuis nũc gratia prõpta est:
Ad te confugio supplex:& supplice corde
Sis mihi presidium queso:uitamq; labantem
Dirrigito ad cursum rectũ metãq; bonorum.
Virgo serenata & stabilis per secula longa
Mite procellosi sidus maris:optima fidi
Remigis adiutrix/circunspice Turbine q̃to
Exagiter solus / quanto sine remige Cimba
Nostra labet fluctu: nec abest mors ultima rerũ.
Aegra: nec inficior:mea mens ad sancta recurrit
Numina:teq; precor ne nostris improbus olim
Gaudeat erumnis hostis tuus atq; periclis

Sis rogo Diua memor: q crimina nostra tonanti
Induere humanam mortali corpore formam
Suaserunt intra tua sacratissima claustra.
Quot lachrymas: quot blandicias o diua precesq;
Effudi in pœnas atq; in dispendia frustra.
Ex quo per ripas tusci reptauimus Arni
Tépore: uita fuit nostra erumnosa grauisq;:
Orbis dum partes istas illasq; pererro:
Fœmineum decus & mores mellitaq; uerba
Turbarunt menté: quare dea sancta potensq;
Tolle moras: suprema dies iam currit & istat.
Nostra ætas euro uelocior atq; sagitta
Transiit erumnas inter sordesq; malorum:
A tergoq; premit tacito mors improba passu.
Nunc defuncta iacet: quæ donec uita manebat:
Nostra per horrédum uexauit pectora luctũ.
Nec de mille meis curis resciuerat unam.
Et si rescisset: tamen hæc immota manebant
Fata mihi: quoniá dominæ quæcũq; uoluntas
Altera: dira mihi: ast ipsi probrosa fuisset.
Sed tu diua hominum: si fas est dicere: tuq;
Etherii regina poli: prudentia cuius
Cuncta uidet: cuius uirtuti peruia cuncta:
Tormentis finem metamq; impone dolori,
Quod tibi erit laudi magnæ, & mihi diua saluti.
In te diua salus spesq; omnis nostra recumbit
Exorata uelis rebus succurrere lapsis,

Ne me destituas extremo in funere quæso:
Non me respicias: sed qui me cōdidit ipsum:
Non nostras uires sed summi sceptra parētis.
Qui te commoueat cures ut uilia rerum.
Me lapidem: de quo distillat inutilis humor
Errores nostri fecere/atq; ora medusæ.
Tu lachrymis o Diua piis languentia corda
Imbue: ut extremi sint hi sine crimine fletus
Terrestiq; luto: qualesq; fuere priores.
O mitis uirgo: cunctisq; infesta superbis
Te communis amor peruellat originis: atq;
Deuoti cordis quæso miserere meiq;.
Quod si mortalem formam si munera fluxa
Diligere ardenter soleo: quid fiet in ista?
Quæ formosa potēs: quæ sācta ęternaq; diua est.
Per te si nostra de conditione resurgo:
Cenoso miseroq; statu: tibi candida uirgo
Ingenium curasq; dico uersusq; canoros
Et linguā & lachrymas corq; & suspiria mœsta.
Ad meliora uada afflictā iam dirige cimbam
In partemq; bonam mutatas accipe curas:
Iamq; dies o diua uenit suprema: proculq;
Esse nequit. properat cursim sic tempus & anni:
Corq; meū nunc mors/nūc mens sibi cōscia uellit:
Nunc me diua tuo commendes inclyta nato
Est q uerus homo & uerus deus: hūc rogo supplex
Vt gremio hanc animam teneat foueatq; beato.

Carmen Philippi Beroaldi de die Dominicæ passionis.

u Enit mœsta dies/reddiit lachrymabile tẽpus
Sancta salutiferi celebrãtur funera Christi.
Nunc oculi rubeãt fletu: nũc pectora plãctu
Liuida sint/crebris singultibus ilia uellat
Quisqnis amat Christi nomẽ & numen adorat.
Hæc lugenda dies nigroq; notanda lapillo est.
Gaudia/nequitiæ/ueneres/conuiuia/lusus/
Scoma/uoluptates/risusq; iociq; salesq;
Este procul/ueniant cum sollicitudine fletus
Cura/dolor/gemitus/meror/suspiria.luctus.
Hæc est atra dies atro signanda colore.
Nunc sint pullati proceres/pullataq; turba.
Atr ati pariter ueniant iuuenesq; senesq;
Omnis uestitu ueletur fœmina fusco
Mœreat omnis ager/mons/siluæ/flumina/colles/
Mœreat omne genus pecudũ: genus omne ferarũ/
Squamosumq; pecus pisces/pictæq; uolucres/
Aer/uulcanus/tellus/mare/Cynthia/Titan/
Sidera:cælicolæ:mundus:sint omnia mœsta.
Hæc est mœsta dies mœroris conscia magni.
Nunc Heracleti lachrymas/uultusq; seueros
Crassi: & Xenocratis faciem:frontemq; Catonis:
Squalentẽq; decet barbam usurpare reorum.
Nemo uel infectas cocco uel murice uestes

Induat/oſtrini nemo tyriiq; coloris
Veſtimenta gerat/non fuluo ſpendeat auro
Torquis:nec digitos oneret carbunculus ardens.
Nec p̄mat articulos adamas uiridiſq; ſmaragdus.
Impexæq; comæ/ſit crinibus æmula barba.
Non ceruſſatis incedat fœmina buccis:
Nullaq; pigmentis linat os:aut labra coloret.
Non matrona potens gēmata monilia geſtet/
Nec ſegmenta ferant:aut lutea flammea ſponſæ.
Hæc eſt illa dies: qua per tormenta labores/
Mille alapas:mille & colaphos/ conuicia mille:
Mille flagelliferos tortores/uerbera mille/
Et recutitorum ludibria Iudęorum:
Ille opifex rerum Chriſtus:mundiq; capacis
Conditor excellens:& inenarrabilis auctor
In cruce ſuffixis manibus pedibuſq; pependit
Spinea ſerta gerens: myrrataq; pocula guſtans.
O funeſta dies o lamentabile letum.
O gentis rabies o mens furibunda prophanæ
O ſcelerata cohors libycis truculentior urſis/
Tigrideq; hircana/Siculaq; immanior aula:
Siccine ſacrilegas uos iuuit ſanguine ſancto
Commaculare manus Iudęi? & dedere morti
Illum/qui uobis uitam lucemq; benignus
Donarat/campos qui lacte & melle fluentes
Imperiumq; potens dederat/ſedeſq; beatas.

Qui phariū mergens erythreo in gurgite regem
Asseruit uestros in libertate parentes.
O scelus o labes. monstrum portentaq; dira
Asportanda procul/ terrasq; agitāda per omnes/
Tu ne palestinæ soboles nequissima gentis
Audebas tam grande nephas? ut perdere uelles
Qui te seruauit per secula plurima Christum?
Qui sacras leges diuinaq; dogmata Mosi
Tradidit/& scriptas solymorum in monte tabellas:
Vt tu palmiferis sancta in regionibus esses.
Heu quas persoluis grates pro munere tanto.
Heu quæ pro meritis tantis ingrata rependis:
Ec quod idumeo reperitur crimine maius?
Crimine/ quod nulli possint æquare nepotes
Crimine/quod cunctis sit detestabile seclis.
Nulla ne uesanum potuit cohibere furorem
Relligio? non cana fides? non inclyta uirtus
Priscorum? non tanta pii miracula Christi?
Non tot ueridicis prędicta oracla prophetis
Sacrilegis ualuere animos reuocare furentes
Consiliis? tam dira lues pręcordia pressit?
O mortale genus uecors: O pectora cęca/
O gens infœlix solymorum/& cęca futuri
Perdere dum Christū affectas/te perfida perdis.
Nam uos dira manent tormenta/& sęua gehēnæ
Supplicia/excruciant ignes flammæq; perurunt
Sulfureæ/luitis meritas semperq; lueris

Pœnas pro ſcelere hoc infando ac talibus auſis.
Sors natos eadem inſequitur: ſeriemq; nepotum
Cunctaq; poſteritas huic eſt obnoxia culpæ.
Et purgare datur nulli commiſſa parentum:
Quin uos dira coquant mortis tormēta ſecūdæ.
Sic circunciſæ mulctantur crimina gentis:
Sicq; patres: nati: ſic qui naſcentur ab illis:
Nullus habet ſtabiles ſedet Iudęus apella:
Nulli certa domus: nulli ſua rura coluntur.
Vtq; proceelloſo iactatur in æquore cimba:
Quam uelis & remigio ac rectore carentem
Sudificus Boreas rapit huc: Nothus humidus illuc:
Hinc Euri uerſat rabies: at Circius illinc/
Afflictamq; rotant infeſto turbine uenti:
Haud aliam degens uitam fugitiuus & erro
Errabunda trahit ueſtigia: fertur & illinc
Huc redit: & nuſq̄ figit patrimonia uerpus:
Lucifuga: infamis/uitiato fœdus odore.
Vtq; aquilam cygnus: cornicem noctua: miluum
Coruus/murem elephas: gallū germanicus odit.
Vt cōgrum murena/lupum canis/utq; camelum
Odit equus/ſic cuncti homines odere nephandā
Progeniem/diræq; cauent commertia gentis.
Ite igitur ueſana manus recutitaq; proles/
Ite paleſtini generis mutilata propago/
Figite pręclarum deS eruatore tropheum/
Sacrilegas armate manus/linguaſq; procaces

Exercete odiis:& Christi poscite mortem
Mortem:quæ uobis flagrantia tartara pandit.
Mortem:quæ nobis patefecit limina cœli.
Quæ mortis uires & formidabile uirus
Insidiatoris fracta ceruice draconis
Extinxit:rupit pedicas:nodosq; resoluit.
O mors tu nobis uitali lumina prebes:
Nectar & ambrosiæ succos tu sancta propinas:
Per te tartareos manes/immane barathrum/
Infernosq; lacus stygios/plutonia regna
Effugimus:per te sublimia tecta petuntur.
Panditur elysium per te sedesq; beatæ.
Per te syderei penetramus limen olympi:
Per te parta salus: per te cœlestia regna.
Hęc nobis optanda dies ueneranda q; cultu
Pręcipuo: niueis hęc est signanda lapillis.
Quare o cultores Christi fideiq; probatæ:
Quos habitu modo squallenti lugere iubebam:
Mutato cultu:pro mœstis summite lętas:
Pro nigris tyriasq; togas:infectaq; cocco
Pallia:sint gemmę digitis:ceruicibus aurum.
Pro lachrymis:pro planctu gaudia sunto.
Pro mœrore ioci:pro sollicitudine lusus
Hęc celebranda pio semper uenerãdaq; cultu/
Hęc nobis est festa dies:qua sanguine fuso
Christus tormentis & funere functus acerbo

Faucibus eripuit Sathanæ æternisq; gehennæ
Suppliciis mortale genus ac morte secunda.
Christe patris summi non enarrabile uerbum,
Christe dei uirtus: sapientia summa parẽtis
Aeterne æterno mundum cum patre gubernans
Christe potens rerum Maria de uirgine nate,
Quæ genitrix sine patre fuit: sinceraq; uirgo
Sola salutiferam peperit sine coniuge prolem:
Omnipotens te Christe precor miserere Philippi
Si puro corde colo: si numen adoro
Christe tuum: legesq; tuas: si dogmata sector
Christe tua: & trinũ ueneror te nomine & unum:
Da ueniam erranti: parcas peccasse fatenti.
Succurasq; meis Rex clementissime rebus,
Vt uiuam felix & mente & corpore sanus,
Aeterniq; fruar post mortem luminis aura:
Christe piam matrẽ fratres charosq; propinquos
Et mihi iocundos per tempore longa sodales
Custodire uelis: quæso o Rex maxime regum,
Hoc precor in primis: hæc sint rata uota p̃cantis.
Bentiuolum pylia nobis ætate parentem
Bentiuolamq; domum serues: ut prospera felix
Floreat, utq; diu patriæ moderetur habenas:
Fortunata bonis cũctis: & perside gaza.
Auxiliumq; feras miseris mortalibus. Amen.

Ad Magnificum Annibalem Bentiuolum Philippi Beroaldi carmen.

o Decus eximiũ & gẽtis generosa ꝓpago
Bentiuolæ: o patriæ dulcis alumne tue.
Hunc cape trãq̃llo uultu facieq; libellũ
Annibal: & nugas perlege quæso meas.
Fabula Tancredi mœsta est: Boccatius auctor.
Hanc nos romano uertimus eloquio.
Hanc tu uulgato, lege tu sermone latino:
Atq; animum alterna cognitione foue.
Illa suo candore placet. sed nostra placebit
Si fuerit genio grata camena tuo.
Sunt hæc parua quidẽ fateor: sed magna subĩde
Esse solent paruis deteriora bonis.
Hoc adamas gẽmæq; docẽt: quũ corpore paruo
Oblectant reges: diuitibusq; placent.
Nos contra horremus magnos persæpe gigãtes.
Terremur magnis sæpe uoluminibus.
Quod si non sordent istæc seuiora: dabuntur
Mox maiora: uale spesq; decusq; meum.

Fabula Tancredi ex Boccatio in latinum uersa a Philippo Beroaldo.

t Ancredus placida princeps ditione Salernũ
Et paruum tenuit sceptriger imperium.
Huius erat mite ĩgenium moresq; benigni.

Huic tranquilla quies lætaqꝫ uita fuit.
Vixerat hic nimiũ felix, nisi sanguine amãtum
Optasset senior commaculare manus.
Filius huic nullus fuerat prolesqꝫ uirilis,
Cui moriens pulchrum traderet imperium.
Sed fortunatus nimium foret atqꝫ beatus
Si foret in magna filia nulla domo,
Sola fuit forma excellens & nubilis æuo
Filia corporeis conspicienda bonis
Gismondæ nomen natæ dixere parentes,
Quæ poterat dici Cynthia siue Venus.
Cuius erat facies priscis æquanda deabus,
Cuius erat candor lacteus atqꝫ color,
Diligit hanc genitor solamqꝫ requirit.
Hanc fouet, hanc uitam delitiasqꝫ uocat.
Multi illam antiqua dauni de gente petebant.
Lucaniqꝫ petunt œnotriiqꝫ proci.
Sed pater in longum cupidos producit amantes,
Et nectit uarias callidus usqꝫ moras.
Tandem campanus multis de milibus unus
Deligitur ductor sponsus, & ille placet.
Gaudia concelebrant. lectus genialis in aula
Sternitur, hic Iuno est pronuba, suntqꝫ faces.
Hic hymenea canũt. sed enim iam fata recusant
Connubium hoc felix perpetuumqꝫ fore.
Occubat ante diem properata morte maritus,
Et deploratas deserit ecce domos.

Exequias postq̃ coniunx & iusta peregit
  Coniugis/ad patrias mœsta remigrat opes.
Iam pertesa uiri: thalamumq; perosa iugalem
  Destinat in uiduo uiuere sola thoro:
Hoc probat ipse parens. natamq; in celibe lecto
  Esse cupit sine qua uiuere triste putat:
Forte fuit iuuenis regali pulcher in aula
  Moribus iugenuis & probitate decens.
Is dominum solus curabat iussaq; obibat
  Principis egregia dexteritate potens.
Hunc Gismonda sibi multis ex milibus unum
  Deligit: huic soli sola placere cupit.
Deperit hunc furtim: limisq; aspectat ocellis:
  Hunc optat tenero posse fouere sinu.
At iuuenis cui nomen erat Guiscardus acuto
  Ingenio solers consilioque uafer
Cognouit flammas: & se presensit amari.
  Nec minus occultis ignibus ipse calet.
Estuat & teneras est mollis flamma medullas:
  Vt feruens stipulas urere flamma solet.
Hãc spectans pulchraq; oculos ĩ uirgine figẽs
  Diuitias Cresi despicit atq; Midæ.
Gismondam cupit: hanc solam noctesq; diesq;
  Flagitat: hoc solum nomen in ore sonat.
Fœlices parili quibus alma calescere flamma
  Dat uenus: & quorum mutuus extat amor.
Ambo cupidineas pariter sensere sagittas:

Ambo complexus colloquiumq; uolunt.
Quid faciat Gismonda? patris custodia magni
Hinc premit: hinc cohibet dedecus atq; pudor.
Quid non sentit amor. fallacem excogitat artem
Fœmina & archanas conficit ipsa notas.
Littera dissecta celatur arundine furtim:
Quam dat amatori pulchra puella suo.
Callidus hanc cannam temere non credit amator
Esse datam: inuentas inspicit ille notas.
Gaudet amans laudatq; uiam: quã fœmina mõstrat:
Polliciti expectans gaudia concubitus.
Scripta docent/furtiuus amor coiungere amantes
Quo possit cupidos tempore quoue loco.
Stat uetus & densis uestitur sentibus antrum.
Aulæ contiguum principis atq; lari.
Desuper exigua patefactum luce foramen
Imminet: hoc uepres hoc quoq; spina tegit.
Illinc angusti calles & semita tendit.
Gismondæ ad thalamum conspicuasq; fores:
Nemo hanc speluncam longeua ætate peresam
Nouerat: hæc nullis usibus apta fuit.
Quid non cernit amor: quid non uestigat amator?
Illam deprendit fœmina prima specum.
Illud monstrat iter. carpendus flosculus illinc
Ille est: qui tantam spirat amariciem.
Quisquis amare cupit discrimina nulla recuset
Omneq; tormentum iudicet esse leue.

Guiſcardus nitidis exutus ueſtibus hirtum
Induitur corium precipitatq; moras.
Impiger anguſtum demiſſo fune foramen
Intrat ſubluſtri nocte iubente deo.
Continuo cecas nullo comitante latebras
Exuperat. ceptis ſancte Cupido faue.
Tuq; Venus iuuenem: qui ſe tibi credit: ab omni
Eripe nunc caſu ſubſidioque foue.
Giſmonda interea dilectum expectat amantem/
Sola: tremens/inter ſpemq; metumq; labans.
Iam Guiſcardus adeſt. dominā iam cōſpicit: & iam
Alter in alterius candida colla ruunt.
Oſcula iam carpūt. iam mutua gaudia ſumunt:
Illa ſuum dominum iam uocat: ille deam.
O fortunati natiq; fauentibus aſtris:
Gaudia ſi uobis hæc diuturna forent.
Nil homini firmū eſt. nulla eſt diuturna uoluptas.
Candida nullius it ſine nube dies
Nā dum ſæpe iocos dū dulcia furta frequentant
Fortunæ in laqueos inſidiaſq; cadunt.
Primus furtiuum ſentit Tancredus amorem.
Primus proh natæ cernit adulterium.
Ingemit & magno perculſus corda dolore
Quid faciat neſcit. conſilioq; caret.
Tandem cuſtodes tenebroſo ponit in antro
Qui furtim egreſſus introituſq; notent.
Sic miſer & fato natus Guiſcardus iniquo

Prenditur & domini sistitur ante pedes.
Cui mox Tancredus lachrimis fedantibus ora
Dat singultatis talia uerba sonis.
Nec mea te pietas nec te clementia: nec ius
Improbe in officio continuere pio.
Hoccine pro meritis tantis ingrate rependis?
Vt cupias nostram commaculare domum.
Proh dolor infandum facinus sceleratacꝫ facta
Vidi ego. nil ultra dissimulare potes.
Cōtra hæc Guiscardus. maius Tancrede cupido
Possidet imperium plusqꝫ uigoris habet
Quam tu q̃ leges q̃ fas q̃ nostra uoluntas
Is iussit. contra quis queat ire deos?
Gismonda interea tantarum nescia rerum
Inter uirgineos stat speciosa choros.
Ecce pater lachrymãs turbato pectore natam
Seuocat: & soli talia solus ait.
Cum tua nata mihi uirtus probitasqꝫ fuisset
Cognita: cum mores ingeniumqꝫ pium:
Credere te quiui nunq̃ committere tantum
Posse nefas: q̃tum his uidi ego luminibus.
Tu ne pudiciciam potuisti prodere sanctam:
Et stupro corpus prostituisse tuum?
Te propter misera est atqꝫ erumnosa senectus
Nunc mea: te propter nunc mihi uita grauis.
Quod si incesta tuo flagrabat corde libido
Nec poteras casto uiuere casta thoro

Saltem patricius saltem generosus amator
  Ille foret:cui te prostituisse cupis.
Hoc est ꝙ doleo:quod cor mihi uellicat hoc est:
  Quod tibi Guiscardus perfidum ille placet
Pauper uilis inops humili de sanguine natus
  Qui matrem ignorat sordidus atqꝫ patrem.
Qui mihi mox meritas ꝓsoluet sanguine penas:
  Collaqꝫ carnifici qui iugulanda dabit.
De te quid statuam dubia est sententia:nutat
  Mens mea:& a tantis fluctuat icta malis.
Hinc amor & pietas iram cohibere paterna
  Me monet:hinc stimulat me tua nequitia.
Illa iubet ueniam tibi me indulgere: sed ista
  Vt preter mores sim truculentus atrox.
Exitus in dubio est.tu nunc expromo quid ista
  In te decernas improba:scire uelim.
Talibus exarsit magno perculsa dolore
  Gismonda & lachrymas uix cohibere potest:
Mox animosa uiro similis lamentat recusat
  Fœminea: & uitæ prodiga: certa necis
Hæc patri responsa dedit.non deprecor ipsa
  Nec nego quæ quereris me meruisse pater.
Altera res quoniam mihi nil prodesse ualeret:
  Altera ne prosit nec iuuet ipsa uolo.
Non ego nũc uerbis animum mulcere benignis
  Quero tuum:ueniam nec peritura rogo.
Guiscardum fateor gracilem non rustica amaui:

Et dum luce fruar nomen amabo pium:
Quod si morte carent animæ: si manibus ullus
Sensus inest: huius grata erit umbra mihi.
At non ut iactas mihi tam furiosa libido
Quam tua segnities suasit amoris opus.
Debebas genitor calidæ meminisse iuuentæ
Quantaqꝫ fœmineo pectore flamma calet.
Cernere debueras qꝫ sum tibi filia mollis:
Quod non ex ferro nata neqꝫ ex silice.
Non tantum ardet apex etneus: flagrat olympus
Nec tantum: quantum cor iuuenile calet.
Quãqꝫ puellares genuino ardore medullæ
Flagrant: quas luxus deliciæqꝫ fouẽt.
Non potui sterilis florem fructumqꝫ iuuentæ
Perdere: uestalis non ego uirgo fui.
Olim experta uirum & ueneris dulcissima dona
Non queo mellitos non meminisse iocos:
Quid facerem iuuenis diues formosa puella?
Id facio: quod uel penelopea probet.
Atria complures proceres pater ampla frequentant:
Ingentes quorum conspiciuntur opes:
Ex illis fateor placuit mihi nullus amator.
Nullus Guiscardo est uisus amabilior.
De quo conquereris de quo gemis: est quia pauper
Et quia maiorum stemmata nulla colit:
Nemo est crede mihi genitor laudandus ab illis
Quæ sunt fortunæ munera fluxa bonis.

Veraq; nobilitas non est in stemmate longo
  Non in cerosis est sita imaginibus.
Vna est cunctorum prima & genitalis origo:
  Omnibus est genitor Iuppiter estq; deus.
Sola facit uirtus generosum sola beatum:
  Sola potest mentes demetuisse probas.
Hæc in Guiscardo tam pura & clara refulget
  Vt fulget cœlo Cynthia sidereo.
Hunc ego dilexi: quod si pater optime turpis
  Hic tibi & infamis esse uidetor amor
Tu certe in causa es. nãq; hunc tu semper amasti:
  Qui tibi charus erat: non mihi charus erit?
Est & erit charus. quod si uestigia patris
  Nata sequor: debes ipse probare pater.
Guiscardus placuit: qui nobilis & grnerosus
  Virtute effectus conspicuusq; uiget.
Est pauper fateor: spectat sed dedecus ad te:
  Egregio qui das premia nulla uiro.
Verum nobilitas non paupertate fugatur:
  Fortune uirtus succubuisse nequit.
Multi nunc regno clari sceptroq; potentes
  Olim pauperiem sustinuere grauem.
Contra mendicat uestem uictumq; precatur
  Qui quondam magno floruit imperio.
Has fortuna uices p̃stat, nosq; admonet: ut quæ
  Permutant dominum despiciantur opes.
At quod in extremo nondum decresse fateris

De me quid ſtatuas /ambiguuſq; manes.
Illud tolle precor nam ſi Guiſcardus ad orcum
Mittitur atq; tuo concidit enſe miſer
Subſequar ipſa comes: nã ſors quæcũq; miſellum
Me quoq; ſeua manet. mors trahet una duos.
I nunc fœmineo lachrymas effundere ritu
Perge: unoq; ambos uulnere dede neci.
Talia commemorans animo Giſmonda uirili
Reddidit attonitum ſollicitumq; patrem.
Qui cuncta expendens tandẽ ſic deſtinat: ut det
Guiſcardus meritum crimine ſupplicium.
Acciriq; iubens fidum notumq; miniſtrum
Imperat ut iugulet nocte ſilente uirum.
Iuſſa facit propere ſeruus: qui corda reuellens
Ad dominum defert ſanguinolenta trucem:
Hoc cor Tancredus fuluo componit in auro
Et mittit natæ dona nefanda ferus.
Admonet & ſeruum: uerbis ut munus adornet:
Hæcq; ſuo ad natam nomine iuſſa ferat.
Hæc tibi dona parẽs mittit: cape gaudia: ſũt hæc
Illa nimis cordi munera grata tuo.
Gaudia nam ſimili genitori ſorte rependis:
Qui potuit bis te ſoſpite poſſe mori.
Poſtq̃ Guiſcardi cor lamentabile nouit
Giſmonda ad famulum uerſa dolenter ait.
Non aliter mitti meruit tam nobile munus.
Cordi conueniunt aurea buſta pio.

Hoc ſolum facis o genitor quod filia laudet.
Hoc propter grates nunc tibi triſtis ago.
Iamq; uale/extremũ hoc tibi iã moritura relíquo
Mox pateræ incumbens talía ſola refert.
O dulce hoſptium & Giſmondæ ſola uoluptas
Dulcius o cunctis cor mihi diuitiis.
Diſpereat qui cauſa fuit/qui iuſſit ocellis
Inuitis ut te cogerer aſpicere.
Debuit eſſe ꝙ cor te corde uidebam.
Quodq; tuæ menti mens mea iuncta fuit.
Vixiſti & curſum tibi quem fortuna parauit
Expleſti exutis ſollicitudinibus
Iamq; tenes metas:ad quas feſtina breuiſq;
Vita hominũ properat quadrupedãte gradu.
Fuluum Tancredus pater & regale ſepulcrum
Iure dedit:uirtus hoc tua digna fuit.
Nil præter lachrymas noſtras præterq; querelas
Heu cor dulce tuis defuit exequiis.
Non tamẽ his lachrymis ſic dii uoluere carebis:
Quas ego perſoluam nunc tibi uita pias.
Poſt hæc efficiam languens ut ſpiritus iſtinc
Egrediens umbræ ſit comes uſq; tuæ.
Te duce luſtrabo loca plena ſilentibus umbris:
Te duce per campos ibimus elyſios.
Haud equidẽ dubito quin tu quoq; noſtra perres
Tecta:& apud manes officioſus ames.
Dixerat: & lachrymis paterã manãtibus implet/

Quæ uelut effusæ præcipitantur aquæ.
Oscula dat cordi gemibundaq; lumina cordi
Insigens largis fletibus ora rigat.
Mox siccata genas atq; exaturata dolore
Iam tremebunda suæ conscia mortis ait.
Exolui officium quod amor pietasq; requirit
Nostra: parentales struximus inferias.
Dixit & exprompto quod fecerat ipsa ueneno
Ebibit impauidæ pocula mortifera:
Conscenditq; thorum manibus cratera retentās:
Cordeq; Guiscardi cor premit usque suo.
Mirantur famulæ ignaræ. ars fletibus ora
Commaculat: pauet hæc; illa stupore silet.
Ast ubi iam dominæ sensim morientia membra
Aspiciunt properāt flentq; docentq; patrem.
Ille repente uolat thalamumq; īgressus apertum
Iam uita natam deficiente uidet.
Ingemit: & sero damnat sua facta: trucisq;
Pœnitet incepti consiliiq; mali
Tūc oculos moribūda leuans Gismonda iacentes
Edidit extremos uoce labante sonos.
Has serua genitor lachrymas ad tristia fata.
Non fatis nostris talia conueniunt.
Quis furor hic? defles tota quod mente petisti.
Defles quod factum est te faciente nephas.
Sed si ulla affectus remanet scintilla paterni:
Et si quid patriæ iam pietatis habes.

Te rogo sancte parens: extremũ hoc munus amãti
  Concede. & natæ fac rata uota tuæ:
Nil quoniam in uita nobis commune dedisti,
  Communi ut saltem contumulemur humo.
Sic ait & cordi incumbens dulcissima linquit
  Lumina, tartareas mox subit umbra domos.
Regia tunc omnis lachrymis planctuq; sonoro
  Perstrepit, & tota est luctus in urbe frequens:
Ante omnes gemitu princeps Tancredus acerbo
  Confectus natæ se superesse dolet.
Post meritas lachrymas & post laměta sepulchrũ
  Extruit antiquæ nobilitatis opus.
Atq; una amborum cineres componit in urna,
  Ambobusq; pias exhibet exequias.
Exitus hic ille est miserorum & finis amantum,
  Quos amor ante diem misit in elysium.
Discite nunc iuuenes, qui iam cepistis amare,
  Quot gemitus præstet quot mala sæuus amor.

Eiusdẽ hendecasyllabon de officio scribæ.

d Ici qui cupit optimus bonorum
Scribarum, & uiridem tenere palmam
Inter decurias recentiorum
Monstrari digito, omnibus placere,
Sit prudens, facilis, bonus, fidelis,
Intra pectora sanctiora condat

DE OFFICIO SCRIBE.

Arcanum sibi creditum: nec ulli
Promat. sit modici breuisq; somni.
Nullos difficiles putet labores.
Sit cultor domini frequens palatii:
Primus uentitet: ultimus recedat.
Sit rerum ueterumq ac recentiorum
Thesaurus probus: atq; litteratos
Scribat uersiculos / epistolasq;
Facundas: nitidas: breues: apertas:
Crebis sensiculis scaturientes:
Nullas stultitias ineptiasq;
Nulla & barbara uerba continentes:
Sit uelox manus: expedita lingua:
Quæ nũq̃ calamum moretur acrem.
Huic sit uita seuera: sermo comis
Vrbano sale & attico lepore
Fartus / non sine sanctitate austa
Verbosi fugiat notam malignam
Paucis expediens agenda uerbis.
Cancellarius / ut recentiori /
Scribas nomine nuncupem uetustos /
Dici qui cupit & cupit uideri
Perfectissimus / omniumq; princeps /
Hic nil falsidico loquatur ore.
Nec sit polypus / aut rapax celeno:
Nummos exigat a cliente paucos
Subscribens precio leui libellos

Nec lucrum petat inde: sed lucello
Contentus tenui paret fauorem
Maiorum sibi/pauperum: minorum ?
Talis si fuerit repertus usq̃
Qualem rusticulus canit libellus
Nostra hunc tẽpora diligent: probabunt:
Hunc & secula posteriq; dicent.

HEXASTICHON.

e Gregius scriba & tenuẽ pfectus ad unguẽ
Esto bonus: prudens: impiger: assiduus.
Arcani custos fidissimus: utilis urbi:
Lucrum ingens nolit: parua lucella uelit.
Sit comis sermone/stilo grauis/arte politus/
Viuidus ingenio/uiuidus & calamo.

DISTICHON.

Arcani custos/linguaq; politus
Et calamo facilis scriba erit eximius.

Eiusdem Vir prudens.

r Ebus ĩ aduersis uir prudẽs atq; secũdis
Perpetuũ discet uitæ seruare tenorem.
Fortunæ instabili nusq̃ cõfidet: acerbos

Illius ſpernet uultus / ſpernetq; benignos.
Inuictus duplicem librato examine lancem
Penſabit. ſummumq; bonum laudabile quod ſit
Credet : & a ſancto nũq̃ diſiunget honeſto.
Nulla libido uirum franget : ſummũq; malorum
Eſſe uoluptates cordata mente monebit.
Et quæ miratur uulgus uirtute minora
Ducens : toto animo metam ſpactabit ad illam
Quam fixit zeno & diuini dogmatis auctor :
Qui non expauit gelidas haurire cicutas
Delatore anyto morti damnatus iniquæ.
Nec magis ad dextram flectet flectet ue ſiniſtrã.
Certa ſed infiget ueſtigia tramite recto.
Idem culpabit quicquid menſura moduſq;
Non reget / at fuerint ſi quæ moderata probabit.
Hic uicia incuſans perſonæ parcet .amicum
Non petet menſa triuiis / uncta q; popina
Non petet ex luſtris · ſed qui precepta Platonis
Qui cara Ariſtotelis callebit dogmata : in illum
Totus pronus erit : illi ſua gaudia curas
Et ſtudia & mores reſerabit : & omnia pandet.
Atq; anima una duo corpora uiuere ducet.
Sẽper idẽ uelle atq; idem quoq; nolle placebit.
In ſumma ſapiens ad cuncta pericula fortis
Eriget indomitam mentem : nulloq; premetur
Pondere : & a nullo raptatus turbine cedet.

Inſtar idumeæ palmæ :quæ munere diuum
Quo magis opprimitur tãto magis exit in auras
Etheres uictrix.& recto uertice ſurgit.

Epigrama ad Petrum bonum Citharedum.

IAm cedat Thamyras:iã methymneus Arion
Cedant threiiciæ plectra canora lyræ/
Cedat & amphion Dirceus:cedat olympus.
Et Timotei docta liniq; chelis.
Et cum Terpandro cedat crinitus ioppas/
Blandaq; chironis barbyta nubigenæ.
Cedat & archadicus deus / & patareus apollo
Et lyrici uates/Theſpiadumq; chorus.
En Cytharedus adeſt æui noua gloria noſtri
Petrus cognomen ex bonitate trahens.
Hic celeri dulces percurrit pollice neruos
Et mouet artifici mobilitate manus.
Exprimit hic fidibus reſonantia uerba canoris:
Eſt teſtudo loquax huius ĩ arbitrio.
Perſtringunt acies oculorum & lumina fallunt
Petri docta manus articuliq; leues.
Hunc poſt fata uolet ſummi regnator olympi:
Hunc uolet infernus Tartareuſq; pater/
O Bone ter fœlix/Qui poſt tua fata/tonãtis
Aut iouis elyſii qui cytharedus eris.

In cenam datam Principi Bentiuolo
a Mino Roſcio.

l Vculli cœnas ſileat patinaſqꝫ Vitelli:
Nec non Antoni prandia priſca fides:
Fercula pontificum nemo aut epulas Saliorum
Iactet:& albanas Cæſareaſqꝫ dapes.
Iam patina Eſopi cedat:iam luxus Apici:
Et Prolemęorum prodiga luxuries.
Iam ſua campani taceant conuiuia: pœnus
Quæ ſenſit pœnis pernitioſa ſuis.
Nec medi iactant reges ſiculiqꝫ Tyranni
Vana quæſitos ambitione cibos.
Omina iam cædant conuiuia:prandia:cenæ:
Quæ celebrant uates/famaqꝫ cantat Anus:
Fercula ſunt Regum: ſunt hæc ientacula diuum
Hæc nectar ſapiunt pocula/& ambroſiam.
Hæc nitida:hæc dubia ē: hæc eſt lautiſſima cena
Quam gens dat genti Roſcia Bentiuolæ:
Iuppiter huic epulo ſi forte uocatus adeſſet:
Diceret. In celis talia non habeo.

Quod ueriores ſunt imagines ex libris
q̄ ex nomiſmatis.

n Il p̄ſtare queũt tibi fuſa nomiſmata plũbo:
Nullus ineſt mutis uſus imagnibus.

Nulla hîc utilitas: nulla est mihi crede uoluptas.
Vix oculos pascunt talia: non animum.
Quare age: cum fictis ueras murato figuras:
Et pro plumbosis chartea signa cape.
Est scriptis uiuax facies: est forma perennis
Magnorum Regum nobiliumq; ducum:
Scriptis Cæsarei proceres sanctiq; Catones
Scriptis Pompeius noscitur atq; Numa.
Hæe ueræ effigies: hæc sunt simulacra uirorum.
Hi spirant uultus: hæc monumenta uigent.
Id tibi scripta dabũt: qđ nulla nomismata possũt.
Sic oculos poteris pascere: sic animum.

Epithaphium accipitris.

O Ccidit aeriæ proles pulcherrima gentis
Occidit accipitrum gloria/splẽdor/honos
Vix dudum nido discesserat iste paterno.
Et uix maternos spreuerat esse cibos/
Iam formosus erat: iam fortis: & unguibus uncis
Cœperat & rostro carpere cortis aues.
Sæpe columbini fœtus: & picta coturnix
Passa sub accipitre est fata cruenta gemens.
Hic domini solamen erat: curasq; leuabat.
Hic domino lusus delitiasq; dabat.
Confestim hic aderat primo clamore uocatus
Deq; manu domini norat inire dapes.

Proh dolor ecce iacet modo funere raptus acerbo:
Qui nec langoris signa pusilla dedit.
Nam subito occubit: spectat dū feruida phœbi
Lumina: & apricus sub ioue carpit iter.
Tu uero accipiter diri solatia fati
Hæc habe apud manes tartareasq; domos.
Quod tibi grata dolens dn̄s monumēta parauit.
Nec poteras tumulo nobiliore tegi.
Namq; iaces inter floresq; herbasq; uirentes:
Imminet & busto Rosmaris ecce tuo.

Laus equi cursoris ad Hānibalē Bētiuolum.

C Oedat Amycleus sonipes: & cedat Arion:
Xanthus & hirpinus: q memorantur equi
Cedant Eumeli Alipedes: cedatq; podarges.
Atq; omnes quos quos rumor in astra uehit.
Ocyor hic ceruis: uolucrum pernicior alis
Ocyor est uentis: fulmineaq; face.
Euolat ante omnes primus: longoq; senescens
Subsequitur spacio quisq; secundus erit:
It leuis: atq; pedum uestigia nulla relinquit.
Puluere nec certas imprimit ille notas.
Nō opus est stimulo: crebrisq; animare flagellis.
Sponte uolat: Calcar mitte: lupata tene.
At tu Bentiuolæ Soboles clarissima gentis
Hannibal eximio uiue superbus equo.

Qui tibi sæpe dabit pulchro in certamime palmã
Ornabitq; tuas fronde uirente fores;

Philippi. B. Epi. Ad Mag. Prĩcipẽ Io. Bentiuolũ.

q Vi pedibus uolucres supabat cursibus auras
Inter cornipedes gloria barbaricos
Confectus longo iacet hic Ciuetonius æuo
Qui domino palmam sæpe parauit equus.

Philippi. B. Epitaphiũ Malatestæ Carbonesii.

q Vi forma puerum maronianum
Et phœbum superabat & liæum,
Qui forma poterat puer uideri
Ideus: fieri Iouis minister,
De cuius manibus tonantis uxor
Hausisset dea poculum libenter.
Quem pallas cuperet libens maritum
Pro quo iam Cybele dedisset atym,
Et Myrrhæ Sobolem uenus decoram:
Omnes cui cuperent placere nuptæ:
Omnis quem cuperet puella sponsum.
Heu fato Malatesta raptus atro
Carbonesius hoc iacet sepulchro.
Extinctus uiridi miser iuuenta,
Lustris quattuor heu nefas peractis

Hos cum uersiculos leges uiator
Effusis lachrymis genas rigato.

Idem.

c Vi formã Cytherea uenus charitesq; decorẽ
Singula cui superi dona dedere dei
Hic situs est fato raptus Malatesta procaci
Qui nondum quinas implet olympiadas.
Non aurum non forma ualet nec flosculus æui
Votaq; lanificas exuperare deas.
Hunc genitor deflet / gens Carbonesia luget
Hunc merent iuuenes / hunc pia turba senes.

Epitaphium Roberti Sancto seuerinatis.

n Il queror o supi lerũ hoc. occidit Hector
Traiectus phthia pectora seua manu
Sic duo scipiadæ pereũt: quos hosticus ensis
In tartessiaca dat regione neci.
Sic & marcellus cecidit / quem bella cientem
Perforat hostili lancea torta manu.
Hæc sũt fata ducũ / pulchrũ ẽ cecidisse sub armis
Mors bellatori conuenit ista uiro.
Sic ego sic cecidi / sed non inglorius / orbem
Implet fama mei nominis atq; polum.

Idem.

q Vantus erat dextra pellides: Tullius ore:
Philliri des herbis: phœbus apollo lyra.
Carmine meonides. ladas pede. lumine lynceus:
Viribus alcides: relligione numa.
Tantus ego in bello fueram. mihi tota sub armis
Sub clypeo/galea/casside uita fuit.
Me puerum mauors & me bellona uirago
Omnia perdocuit munera militiæ.
Qualis Pelleus ductor libycusq; fuerunt
Romulidæq; duces talis & ipse fui.
Dum uult supremo duri certamine martis
Sors dare me pessum: sustulit ad superos.

Endecasyllabon in cōmentariis Proprii
ad Magnificum Minum Roscium.

Visquis carptor es & callumniator:
q Quisqs Liuidus. Osor. Obloquutor.
Et lolliginis oblitus cruore:
Quisquis rictibus improbus caninis
Adlatras decus eruditiorum
Sis quæso procul a meis libellis.
Non scribo criticisq; zoilisq;.
Noc scripsi tibi. iure non uocatus
Conuiua eiicitur. Quid impudenter
Te in cena aspicio m'ea accubantem?

Quæ non est tibi cocta delicate.
Illi fercula nostra condiuntur
Qui luxū altilium probat: nec Idem
Fastidit tenuem tamen paratum.
Cui uel reliquiæ placere possunt.
Tu uero stomachose nauseator,
Tangis singula dente qui superbo:
Aut mensas mihi pone lautiores
Nostra aut uescere cenula libenter.
Nos hæc quantulacūq; sunt, benigno
Lectori ingenuoq; candidoq;
Passim scribimus & damus legenda.
Vni sed tibi Mine dedicantur
Quem non sors mihi iudicē parauit,
Sed quem pagina nostra nominatim
Delegit sine prouocatione.
At tu iudice gaudibunda tali
Esto pagina: qui tibi aduocatus
Iam iam ex iudice fiet & patronus
Multa preditus eruditione:
Pollens consilio: disertus ore.
Vnus qui merito potest uocari
Orator bonus & bonus senator.
Iam liuor uacet. improbiq; mussent.
Imperterritus exeas libelle.
Mino uindice nil tibi est timendum.

Endecasyllabon ad Inclytum baronem
Vldricum Rosensem.

u Ldrici nitidos lares adite
Centenæ simul annotationes,
Atq; a limine protinus salutem
Centenam date regulo rosensi,
Quo nil candidius dedere terræ
Arctoæ populis diu latinis:
Qui comis facilis libens benignus
Vos uultu excipiet sereniore,
Vos larga premet osculatione,
Vos & perleget & manu tenebit:
Illi nomine mox meo agminatim
Hæc mandata referte diligenter.
O gentis decus inclytum rosensis
O rara probitate nominande
Auceps phasiacas dabit uolucres.
Venator capreas lepusculosq;.
Piscator maris amniũq; predam.
Merces institor. hortulanus herbas.
Sic mittet sua quisq;. sic Philippus
Noster cõditor & parens: patrono
Nos donat tibi, tu nouas clientas
Sub patrocinio tuo tuere.
Vni nos tibi mittimur dicamur
Vni scribimur omnibus legemur.
Vldrici nitidos lares adite
Centenæ simul annotationes.

DISTICHON.

Fœlix cui cō∫tant bona corporis & bona mentis
Nec non fortunæ munera parca deæ

Endeca∫yllabon ad illu∫triſſimum
Ioānem Bentiuolum.

f Oelix o nimis & beate prīceps.
Cuius pre∫idio e∫t beata fœlix
Pollens Fel∫ina:nos ∫ummus quieti.
Hoc pro te ∫uperos libens precabor:
Vt donent tibi ne∫toris ∫enectam:
Augu∫ti decus:& uicem metelli:
Sit natis quoq; fau∫titas parentis:
Pro me hoc debeo te rogare princeps
Vt molli foueas pium clientem
Afflatu niueæ beatitatis.

Endeca∫yllabon ī laudem Germaniæ.

o Germania muneris repertrix,
Quo nil utilius dedit uetu∫tas:
Libros ∫cribere quæ doces premendo.
Fœlix frugibus: inclyta & metallis.
Et diues pecoris: feraxq; gemmæ,
Quod gle∫∫um uocitant tui parentes:

Electrum attica: Succinum latini.
Pollens principibus: potens uirorum.
Qui glaucis oculis Comaq; flaua,
Grandes corpore: spiritu feroces:
Septi robore: prodigíque uitæ
Hostes aggrediuntur & lacessunt.
O germania gloriosa salue:
Tu uasa ex oricalcho: & apparatum
Mensarum nitidum ære: machinasq;
Ad nos belligeras subinde mittis.
Abs te turba uenit scholasticorum:
Hoc qui gymnasiũ excolunt opimant:
Iam doctum & latialiter sonantes:
Tris nuper quoq; regulos badenses
Lautos magnificos probos dedisti
Inter quos Iacobus enitescit:
Lingua dexteritate comitate
Cultu: mundiciis: nitore. uictu:
Clarus. munificus. pontens. disertus.
Splendorq; & columen scholasticorũ.
At germania præpotens alumnos
Ad nos consimiles subinde mitte.

Endecasyllabon ad Franciscũ casatũ
Oratorem Ducalem.

i Curre ad dominum citus libelle,
I recta ad nitidi lares casati.

Quo nil candidius benigniusq;
Quo nil doctius est politiusq;.
Nostras diligit hic amatq; nugas.
Hic patrocinio suo fouebit
Insontem ingenuũ probũ clientem
In cuius gremio & sinu recumbens
Frontem nec metues Catonianam
Linguá nec metues timonianam:
Nasutos quoq; naribus repandis
Mordaces quoq; rictibus caninis
Ronchos liuidulos iocos dicaces
Non assis facies/nihil timebis/
Tutus præsidio mei casati.
I curre ad dominum citus libelle:

Endecasyllabon Dicta septẽ sapientũ.

Respicito finem uitai. Noscito temet.
Optima mensura est. sponsio damna dabit.
Plures nempe mali peridonea tempora nosce.
τοπαρ consilium / cum ratione Regit.

Cœlii calcagnini Ferrariẽsis epigrãmã.

e Xi lucidus undecũq; Luci
Tersus/frugifer/elegans/rotundus
Nec graues metuas subisse rhonchos

Adeptus modo priſtinum decorem /
Quem doctus Beroaldus & diſertus
Lima reſtituit ſeueriore.
Nec ſolum tibi reddidit priorem
Cultũ: at ſi quid erat parum remotum
Conſuetudine: diſpulit tenebras
Et lucem dedit enitentiorem.
Quare ſub ſtudium eruditiorum
Exi lucidus undecũq; Luci.

Endecaſyllabon ad Maximũ Antiſtité. D. Petrũ epiſcopũ Colocéſem.

i Dextro pede / Sidere & ſecũdo
Fœlix pãnoniam petas Aſelle /
Te non aſpera ſaxa / non uiarum
Scruppi / flumina / ceſpites / lacunæ
Cliuorum ſalebroſa / ſenticeta
Delaſſent: iter hoc laborioſum
Tranſcurras ſine claudicatione.
Commentaria noſtra ſarcinaſq;
Perfer nauiter / offeraſq; Munus
Petro Pontifici pio eloquenti /
Quo nil doctius elegantiuſq; /
Quo nil ſanctius eſt benigniuſq;.
Is te comiter obuioq; greſſu
Gratanter capiet / ſtatim refectum

Vnguento/Ambrosia/Toro fouebit
Tunc molli satur educatione
Fies delicium tui patroni/.
Gustabisq; rosas/eris Torosus
Splendens Floridus aureusq; Asellus.
I dextro pede/Sidere & secundo
Fœlix pannoniam peras Aselle.

FINIS.

Opus Philippi Beroaldi/quo Orationes & poemata continentur/Impressum a Benedicto Bibliopola/Anno Salutis Millesimo quigentesimo uigesimo primo. Cal. Martiis.



Philippi Beroaldi de Felicitate Opusculum

EPISTOLA

AD ILLVSTREM MARCHIONEM IA-
cobũ Badẽsem Philippi Beroaldi bonoñ. Epistola.

S Oleo ipse mecũ Illustris Marchio cũprimis
admirari iuuenes illos: q nobilitate splẽden-
tes, opibꝰ pollẽtes, ĩ gremio luxuriãtis fortu
næ molliter educati lr̃as tñ nõ aspnant: Nec erudi-
tos, eruditorũq; cõsuetudinẽ fastidiẽter illudũt: Adeo
bõa mẽs bonaq; fortuna rarẽter copulãt: quotus.n.
qsq; ex globo nobiliorũ eloquẽtię studet: quotꝰ qsq;
aut eruditus ẽ aut eruditiõis affectator: E cõtrario cõ
plusculos uideas: De opulẽtioribꝰ loquor: q ubi oc-
ceperint adolescẽturire. Se totos dedãt beluinis uolu
ptatibꝰ: qbus litteratoriũ gymnasiũ carcer ẽ: Doctri-
na suppliciũ: q spretores sũt studiorũ: osores studio-
Laꝰ mar chionis ia cobi. rũ: Tu uero clarissime Iacobe in amplissimis fortu
natũ bonis positus ĩpatorio stẽmate p̃fulgẽs: inter
opes prĩcipales ĩdulgẽter enutritus iuuenis ĩmo ado
lescẽs adhuc, Studia litterarũ sitiẽter amplexaris. Do
ctos foues. Dasq; iugiter opã: ut nataliũ tuorũ splen-
dor eruditiõe magis magisq; illustret. Venisti ñ pri-
dẽ una cũ duobꝰ clarissimis fr̃ibꝰ ad gymnasiũ hoc
nr̃m: ut ĩgẽiũ ĩgenuis disciplinis excoleres, ordinẽq;
scholasticorũ: ĩmo ip̃m ut uerĩꝰ loquar gymnasiũ ex-
ornares: nã cũ cæteri ferme scholastici ex gymnasio
lr̃ario ornamẽta q̃rere soleãt: tu ip̃i gymnasio maxĩo
es ornamẽto honestamẽtoq;. Degis hic nitide & ma

gnificēter famulicio copioso/comitatu decētissimo: cultu splēdidissimo mōstrabilis: Adeo ut nullus annos abhic plurios fuerit ī ordine scholasticorꝝ te uno magnificētior illustriorq;. Agis ꝓrsus pricipē maximiq; pricipis filiū: Nihil ꝓrsus degenerās a claritudie nataliū. Tibi pr̄ ē illustrissim⁹ Marchio Badēsis Christophorus Augustissimi romanorꝝ īpatoris Federici. iii. ex sorore nepos: q aī magnitudie uirtutisq; p̄stātia cæteris totius germaniæ principib⁊ haud dubie antecellit: sine quo nihil memorabile p hosce annos ab īclytissimo Maximiliano gestū ē: cui ducat⁹ bellici primæ ptes cōsensu germanorꝝ deferūť: Apď quos fortissimi pricipis nomē meritissimo assecut⁹ est. Quid memorē ꝓsapię tuę Badēsis uetustatē? In q̄ cōplusculi rerꝝ gestarꝝ claritudie fulserūt: ī q̄ Archiepiscopi n̄ pauci floruerūt: quos Romani Impatoris electores primarios legitiosq; extitisse nemo nō nouit. Quid referā ciuitatē Badēsem: In q̄ badēsis familia diutissime est dn̄ata: Inclytā famigeratāq; censeri inter latissimæ germaniæ ciuitates? que haud lōge a Rheno īter ānes memoratissimo sita duarꝝ arciū munitiōib⁊ ꝓpe īexpugnabilis cōspiciť: ubi thermę sūt salutares: ubi īscriptio uetustissima lr̄is iā senio exolescētib⁊ īdicio ē: Antoninū romanū īpatorē illi⁹ urbis cōditorē extitisse. Illď silēter p̄terir̄ nec uolo nec possum: Te mi Iacobe transmontanorꝝ Nobilissime Nexu sanguinis ac necessitudinis arctissimo cohęre

La⁹ marchionis patris.

Laus familiæ badensis.

Propinquitas Marchiõis cũ Maximiliano.

re sacratissimo Imperatori Maximiliano: qui deus ẽ terrenus: Cui uel notũ eẽ tãtũmõ summus ẽ honor. Hæc stémata tã clara: tã splẽdida nõ te insolẽtẽ reddunt ut multos: Sed comẽ affabilẽq; præstãt ut paucos: sitientẽq; litteraturæ istius politioris: Cuius nos iam pridẽ sumus ꝓfessores. Et cũ domi habeas eruditos uoluisti tñ nostræ: quãtulacũq; est: eruditionis gustũ libamentaq; attingere: Voluisti ut domus tua noua quasi quędã me ductore ac doctore academia efficeretur: In qua quotidie resonat aliquid dignum memoratu. Ex quo effectũ est: ut te monitore disertationẽ quãpiã publico a me auditorio de felicitate peroratã redegerim in libellũ: quẽ in præsentia tibi Illustris Marchio Iacobe nuncupatim dedico: tuoq; sub nomine conditũ depromo. libellus est concinna breuitate cohibilis: est rerũ uarietate ut opinor nõ penitendus. Vt autẽ meus erga te amor ac obseruantia fieret testatior uulgariorq;: Eũ impressoribus tradidi imprimẽdũ: A qbus in mille exẽplaria trãscriptus Nomẽ tuũ meũq; latissime circũferat. Quicqd id est quãtulũcũq; est: quæso hilaro uultu & serena fronte suscipias. munusculũ ẽ chartaceũ & oppido pusillũ: Sed quo princeps ab homine litterato ꝑciosius accipere non possit. Dii faxint ut id sit perpetuum meæ erga te obseruantiæ monumentum. Vale uir clarissime, & me qui tibi mancipatus sum: in numerum tuorum ascribito. VALE.

ORATIO PHILIPPI BEROALDI BONONIENSIS DE FELICITATE HABITA IN ENARRATIONE GEORGICON VIRGILII ET COLVMELLAE.

m AGNA RES EST VIRI ORNATISSIMI:& omnibus horis ominium uotis expetita felicitas:huc tendũt cũctorũ uota mortaliũ:hæc est summa curarum:hec est summa rerũ expetẽdarũ.felicitate terminantur nostra desideria.Cui felicitas adest: huic nihil prorsus deest.Inueniũtur qui regna nõ optent: qui uero felicitatẽ repudiet nullus existit:Nemo enĩ non felix esse uult:nemo non felicitatẽ summũ bonorũ esse consentit:Quo circa de felicitate humana tanq̃ de re rerũ oĩum maxime expetibili maximeq; expetenda hodierno die disertare constitui: Et ĩ hac disertatione ex latissimo pratorũ uirore flosculos nõ paucos hinc inde decerpere: Quorũ odoratu olfactãtes recreent̃.Audiui olim ecclesiasticos cõcionatores:non paruæ in ecclesia existimationis super felicitate concionantes.Sed tam implicata/tam spinosa/tam incondita erant:quæ dicebantur:ut in prædicanda felicitate infelices fuisse merito iudicarent̃: Nos ista lucide dicemus:& historica fide tractabimus:ptĩ oratorio/ptim philosophico more memorantes exẽ-

pla ad felicitatem pertinētia: & ueterum philosopho rum sententias non incuriose pensitātes: Sed ne longiori quam par sit exordio uos morer iam rem propositam ingredimur. Et de felicitate uerbis opinor non infelicibus latialiter disputabimus: quod dum a me fit uos queso diligenter attendite: nec minus auribus q̄ animis uerba perpendite.

Diffinitio felicitatis.

Dicturi de felicitate hodierna narratione. Primū finiamus quid sit ipsa felicitas: Cuncta. n. per finitionem apertiora fiunt ac magis colliquescūt: Est itaq; felicitas: ut inquit Augustinus in. v. de ci. dei. oīum rerum optandarum plenitudo: uel ut ait Boetius in tertio cōsolationis: Beatitudo est status omnium bonorū congregatione perfectus: Aristoteles in primo ethicorum decernit felicitatem esse finē rerū expetēdarū: Cætera ꝓpter felicitatē expeti: felicitatem uero propter se ipsam. Sed de hac felicitate: quæ nā ea sit: dissentiunt: nec uulgus sapientesq; cohcordant: Immo nec ipsi philosophi inter se conueniunt.

Finis bonorū uestigādus.

Disputantes enim de finibus bonorū & malorū uarias sententias prodiderunt: Constituto autem fine bonorum constituta sunt omnia: Hunc ergo curiosius disquiramus.

Quibusdā nihil bonū nisi uoluptatē eē placet ut epicureis: Quibusdā nihil bonū nisi honestū: ut stoicis.

Indolētia

Hieronymus summum bonū esse autumat uacuitatē siue indolentiā: quæ græco uocabulo αναλ-

γνωσια nuncupatur: Carneades academicus nihil bonum esse censebat nisi prima naturæ. hoc est sanitatem robur pulchritudinẽ: & alia id genus.

Dinomachus & Calipho uoluptatem cum honestate dixerunt esse summum bonum.

Diodorus indolentiam honestati copulauit.

Alii in gloria: alii in diuitiis: alii in potentia summum bonum ipsamq; felicitatem collocauerũt. quidam in ocio: non pauci in uita rusticana.

Academici uero idest Platonici: & Peripatetici. i. Aristotelici: qui phõꝝ haud dubie nobilissimi sunt: tria genera bonorũ esse tradiderũt: Ex quibus felicitas pficeret̃. Prima animi bona ut uirtutes: Secũda corporis ut ualitudinẽ/& pulchritudinẽ. Tertia externa. quæ fortunæ ascribunt̃: ut diuitias & honores. Tria genera bonorum.

Nũc uideam⁹ ex his qd sit ueri⁹ nobiliora fauorabilioraq; haud q̃q̃ sõniculose pẽsitãtes trutinãtesue.

Ecclesiastici doctores sũmũ bonũ eẽ dixerũt uitã æternã: sũmũ malũ mortẽ æternã: Sed nos in presentia de humana felicitate disseramus: quæ ut inqt Aristoteles donũ est deoꝝ: ad quã cuncti mortales peruenire discupiunt: q̃uis diuerso tramite ꝓcedãt: Et q̃uis uariæ dissidẽtesq; sententiæ sint: tamẽ oẽs in diligendo boni fine hoc est felicitate consentiunt. Felicitas donũ deorum.

An uoluptas sit summa felicitas.

Aristippus ut hic exordiamur conditor sectæ cyrenaicæ uoluptatem statuit esse summum bonum: uoluptas Aristippi

Etita uoluptate metit̃ ipsam felicitatem: In hãc sen tentiã agminatim pedibꝰ eunt docti pariter & indocti. Et.n.mortales eo concurrunt: ut inquit uerissime Seneca: ubi audiãt laudari uoluptatem. nec fortassis immerito. Nam si teste Aristotele id bonum est qđ omnia appetunt: omnia autem appetũt uoluptatem effici uidetur: ut uoluptas sit id bonum.

Eudoxus quoqꝫ phũs astrologiæqꝫ cõsultissimus ac Platonis oppido q̃ familiaris: de quo Lucanus.

Sentẽtia Eudoxi de uoluptate

Nec meus Eudoxi uinceretur fastibus annus: Voluptatem ex eo summũ bonũ esse putabat: quia cernebat rationalia irrationaliaqꝫ uniuersa uoluptatem affectare: Huius aũt rationes probabiles uidebantur ob ipsius hominis modestiam ac probitatem Non enim ut uoluptatis amicus uoluptatẽ asserere credebat̃. Sed quia res uere ita se haberet: Nec minus manifestũ hoc esse ex cõtrario censebat: Et.n.cũ cõtrarioꝝ cõtraria sint consequẽtia: Si dolor est inqt per se oĩbus fugiendus, tanq̃ summũ malũ: Ita uoluptas oĩbus erit expetẽda tanq̃ summũ bonum.

Cõtrario rũ cõtraria consequẽtia.

Epicurus uoluptarius.

Hæ omnia manarunt ex schola Epicuri philosophi uoluptarii: qui in uoluptate summũ bonum felicitatemqꝫ cõstituebat: Habet hæc secta sectatores pene infinitos: quorũ ut inquit Apostolus Deus uenter est: & quæ sub uentre sunt.

Vẽter deus uoluptariorũ.

Dictum Philoxẽi.

Hinc Philoxenus summũ bonũ collocans in uolutate gustatus γεραμου λαριγγα ευχετο εχειν.

idest optabat sibi dari gruis collum ut uidelicet diutius illa uoluptate bibendi edendiq; frueretur.

Hinc Sardanapalus Assyriorum rex gulæ & uentri deditissimus: natusq; helluationi: scripsit i epitaphio: se illa tantũ habere quę edisset: & quæ per libidinem expletam percepisset. Verba eius hæc sunt inscripta monumento. Ede: bibe: lude: & cũ te mortalẽ noris, præsentibus exple Epitaphium Sardanapali

Delitiis animũ: post mortem nulla uoluptas.
Nanq; ego sum puluis: qui nuper tanta tenebam.
Hæc habeo quæ edi, quæq; exaturata libido
Hausit: at illa manent multa & præclara relicta.
Hoc sapiens uitæ mortalibus est documentũ.

Hinc Xerses ille maximus Persarũ rex repertori nouæ uoluptatis constituit præmium. Xerxes.

Claudius Tiberius Nero tertius Cæsarum nouũ instituit officiũ: quod a uoluptatibus dicebatur: qui propter nimiam uini auditatem pro Tiberio, Biberius. pro Claudio Caldius. pro Nerone Mero uocitabatur: qui noctem continuumq; biduum epulando bibendoq; sumpsit. Officiũ a uoluptatibus. Biberius mero.

Quid memorẽ ingluuiẽ Vitellianã: Heliogabali & Galeni imperatorũ multorũq; aliorum asotiam & luxũ: q oẽs mãcipati fuerũt abdomini. utpote helluones & gulones maximi: quales græco uocabulo Asoti nũcupant̃: de quibus. M. Tullius libro secũdo de finibus: nolim mihi fingere asotos: qui in mẽ Asoti qui

ſam uomant. Idem ait aſotos eſſe de patella.

Quid multa? inuentæ ſunt ciuitates & populi uni uerſi: qui uoluptatem hanc ueluti ſummum bonum amplexarentur: quales fuere Mileſii. Sibaritæ. & Tarentini.

Olim Mileſii luxu diffluentes eiecerũt e ciuitate Hermodorum uirum clariſſimum: quia frugalitatis & modeſtiæ erat amator. Dixerũt enim nemo apud nos frugi ſit: nemo unus excellat: Apud græcos & maxime apud Ariſtophanem in Pluto uulgatum ẽ prouerbium de mileſiis. ποτε ησαμαλκιμοι μιλησιοι. olim fortes fuere mileſii: tanq̃ luxuria & nequitia omne robur uirilitatis perdidiſſent.

Nemo apud Mileſios frugi

Sibaritæ uero in Italia: quibus ut indicat Quintilianus in tertio. odio erat frugalitas: adeo delitiis & luxuria ĩtẽperãtes diffluebant: uoluptatẽ ueluti deã amplexãtes: ut intra dies ſeptuaginta a Crotoniatis deleti ſint. Refert Helius Lampridius Sibaritas eo anno quo perierunt reppeiſſe obſoniũ ganeatum ex oleo & garo: quẽ Sibariticũ miſſum appellant: quo cum primis delectatus eſt Heliogabalus.

Sibaritis frugalitas odioſa. Sibariticus miſſus. Tarentũ molle ſignificat.

Tarentini: ut nomen ipſum indicat: molles delicatiq; ſupra cunctos mortales fuerunt: Nanq; tarentum ſabinorũ lingua molle ſignificat: ut docet Macrobius in tertio ſaturnalium. unde Tarentinos dici putat. M. Varro: quam in ſententiã ire uideri poteſt Oratius cum ait: Et molle tarentum.

Nō me præterit Etymon nominis tarentinorū aliud deduci apud scriptores idoneos: Apud tarētinos autē deliciæ & uoluptates illicibiles in tātū inualuerūt propter fortunas nimiū secundas: ut plures ludos festasq; celebritates: q̄ reliquos anni dies agerent: ut auctor est Strabo. Præterea sicuti tradit Plutarchus Balneis. conuiuiis. Gymnasiis tarētini indulgebāt: Potū & lasciuias & id genus genialia īmodice percolentes: ex quo fluxit illud satyrici poetæ.

Atq; coronatū & petulans madidūq; tarentū.

Possem infinita prope congerere de uita uoluptaria hominibusq; uoluptariis: qui hoc fine uoluptatē metiuntur: sed occurrendum est aurium satietati. uerum quod citra fastidium sit: Solent philosophi: qui uoluptatem per se ipsam tanq̄ summum bonum putant appetandam: uerbis pingere tabulam quandā: In qua uoluptas in sella regali: quasi quædam Regina consideat: eique uirtutes ueluti famulæ subiiciātur obseruantes eius nutum: ut faciant quicquid illa imperauerit. uoluptas in solio ut regina.

Illud quoq; adde quod uoluptates multæ sunt & multifariæ: aliæ honestæ: aliæ turpes. Alia est uoluptas equi: alia canis: alia asini: alia hominis. unde illud Heracliti ονουσ συρματα αν ελεσθαι μαλλο μη χρυσον: ηδιον γαρ χρυσου τροφη ονοισ idest asinos magis stramina optare q̄ aurū. Dulcius est. n. alimentum asinis q̄ aurum. Multiiuge uoluptates. Dictum Heracliti

Aliud in hoie bonũ q̃ i pecore.

Voluptatem non esse summum bonum.

Sed profecto non uidetur esse conueniens atq; decorum: ut summum in homine bonum idem sit quod est in pecore & in brutis animãtibus. Ad maiora.n. genuit nos natura: ut inquit orator arpinas: & ut auctor est Seneca in questionibus. Ob aliud profecto nati sumus q̃ ut cibũ potũq; pcolemus: Aristoteles i vii. Ethicorꝝ hic probat uoluptatẽ nõ esse summum bonũ: quoniã inquit uoluptates impediũt prudẽtiã: & quãto maiores sunt tanto magis obnubilãt: quod in aphrodisiis idest i rebus uenereis patet: Nemo.n. dũ Veneri operatur perspicere mente quicq̃ potest.

Plato de9 phorꝝ.

Plato quoq; deus ille philosophorũ ex hoc ostendit uoluptatẽ nõ esse summũ bonorꝝ: quoniã addito inquit alio bono fit expetibilior: quã si sola sit: Sũmũ aũt bonũ nullo additamento cumulari põt: id enim est summum cui nihil adiici potest: quod absolutum & ex omni parte consumatum est.

Præterea summum bonum nunquam in malum uerti uidet̃ posse: atqui sepe ex uoluptate mala proueniunt: & merores subsequũtur: ut enim græco uocabulo testatum est. ηδονῆς ἀδελφη ἐστιν η λυπη hoc est uoluptati soror ẽ tristicies: ex quo exiit illud plautinum in Amphitryone. Ita dis placitum: uoluptati ut meror comes subsequatur.

Voluptati soror tristitudo

Quedã sũt uoluptates: q̃s ob turpitudinẽ occultamus: q̃d aũt summũ bonũ est id occultari nõ debet:

& si solerter pensitauerimus: nõ põt uoluptas uẽtris & coitus esse summa felicitas: cum sepe causa sit ęgritudinum: morbi enim ut inquit diuus Hieronymus aduersus Iouinianum saturitate nimia concitant̃: & multi quod turpiter ingesserũt turpius egerũt. Hippocrates quoq; maximus medicorum docet crassa & obesa corpora in paralysim & pessima morborũ genera erumpere: nisi cita missione sanguinis minuantur: unde & athletæ quorũ uita & ars sagina ẽ: ut inquit Galenus doctissimus Hippocratis ĩterpres diu uiuere non possunt: nec diutina perfrui ualitudine: quorũ mentes adipibus inuolutę nihil sublime nihil tenue possunt cogitare: Nã ut ait Hieronymus: pinguis uenter non gignit sensum tenuem.

morbi ex saturitate

Hippocrates maxim9 medicorum.

Gelenus pĩguis uẽter nõ gignit sensũ tenuẽ.

Anneus Seneca seuerissimus uitiorũ castigator perorans in uoluptatẽ gulonũ sic scripsit ꝓpe diuinitus. Inde inquit pallor ẽ & neruorũ uino madentium tremor. & miserabilior ex cruditatibus q̃ fame macies. Inde incerti labentium pedes: & semp qualis in ipsa ebrietate titubatio: inde intra cutẽ humor admissus: distẽtusq; uẽter: dũ male assuescit plus capere q̃ poterat: Inde suffusio luridæ bilis & decolor uultus. tabesq; in se putrescentiũ. & retorti digiti articulis obrigescẽtibus: neruorum sine sensu iacentium torpor: aut palpitatio corporum sine intermissione uibrantium. quid capitis uertigines dicã? quid oculorũ auriũq; tormenta & cerebri æstuãtis uerminationes? &

Seneca in degulatores.

Mala ex ingluuie. Verminationes cerebri.

omnia per quæ exoneramur internis ulceribus affe-
cta: Innumerabilia præterea febrium genera. aliarũ
impetu subeuntium. aliarũ tenui peste repentiũ. alia
rum cum horrore & multa membrorũ quassatione
uenientiũ: Quid alios referam innumerabiles mor-
bos supplicia luxuriæ? hæc doctissimi & perinde san
ctissimi uiri uerba: quem nõ ex helluonibꝰ istis ru-
bore suffundãt: quem non reuocent a uoluptate pe-
stifera: quæ tot maloꝝ mater est atqꝫ fomentum.

Critolaꝰ. Critolaus peripateticus malum esse uoluptatem ait & multa alia mala parere ex sese/uidelicet: iniurias/desidias/obliuiones/ignauias.

Antisthenes. Antisthenes socraticus philosophus dixit uoluptatem esse summum malũ. Eius nãqꝫ hoc uerbũ ẽ. μανειην μαλλον η ησθειην idest insanirem potius q̃ oblectarer. In morsum uoluptuosorum dixit

Oratius. Oratius.

Sperne uoluptates/ nocet empta dolore uoluptas.

Silius. apud Silium in. xv. punicorum. Virtus uoluptatem incessit Conuitio hoc obiurgatorio & graui.

Quippe nec ira deum tantum nec tela nec hostes:
Quantum sola noces animis illapsa uoluptas.
Ebrietas tibi fida comes: tibis luxus: & atris
Circum te semper uolitans infamia pennis.

Aristoteles. Aristoteles in tertio ethicorum uoluptates gustus & tactus ait esse belluinas.

Hippocrates. Hippocrates ꝓdidit την συνουσιαν ειναι μικραν

επιληψιαν idest coitum esse leuem morbum comitialem. Coitus leuis epilepsia.

Democritus Venerem damnauit: in qua homo exiliret ex homine.

Græci eos qui duabus his pecuinis uoluptatibus sese totos dediderunt appellant uocabulis probrosis ακολαστουσ και ακρατεισ. latine intemperantes & incontinentes dicere possumus.

Socrates fons philosophorum dicebat multos homines propterea uelle uiuere: ut ederent & biberent se bibere atq; esse ut uiueret. Scitũ Socratis.

In Decretis canonicis. D. ultima de consecratione legimus quosdam morbo articulari & podagræ humoribus laborantes proscriptione bonorum ad simplicem mensam & pauperes cibos redactos conualuisse. Habundantia enim epularum ut inquit uerissime Ioãnes Chrysostomus morbum facit & molestias ingerit: & ægritudines generat. Et putrescere facit corpus humanum. Io. Chrysostomus

An gloria sit summum felicitatis.

Quanto honestior uideri debet sententia illorũ: qui summum bonum felicitatemq; in honore & gloria collocauerunt. Videtur ferme hæc fuisse summa boni in summis Imperatoribus Romanorum, Græcorum, Barbarorum: qui uoluptates omnes cõtempserunt: qui dies noctesq; in laboribus militaribus exanclauerũt: qui uigilarunt: sudarunt: asserunt

Iuuenalis ob hoc solũ:ut gloriosi uiuerent:gloriosiores morerentur:de quibus illud est poëtæ satyrici. Ad hæc se

Romanus:graiusq; & barbarus induperator.
Erexit:causas discriminis atq; laboris
Inde habuit:tãto maior famæ sitis est q̃ Virtutis.

Salustius In Romanorum laudem dixit Salustius: Laudis auidi/pecuniæ liberales erant:gloriã ingentem:diuitias honestas uolebant.

Augustinus. Hanc gloriã inquit eleganter diuus Augustinus ardentissime dilexerunt:propter hanc uiuere uoluerunt:propter hanc & mori non dubitauerunt. Cæteras cupiditates huius unius cupiditate presserunt.

Hæc gloria ueluti finis felicitatis Fabios. Marcellos. Africanos:Cæsares incitauit inflãmauit:extimulauit ad res magnas forti animo capessendas:de hac

Flaccus. cecinit Valerius Flaccus.

Tu sola animos mentemq; peruris Gloria.

Silius Hanc Silius Italicus facem honestæ mentis appellat cum ait.

Abripuit traxitq; uirũ fax mentis honestæ Gloria.

Oratius. De hac Oratius sic meminit in Sermonibus.

Sed fulgente trahit costrictos gloria curru
Non minus ignotos generosis.

Milciadis trophea calcar themistoclis De Themistocle atheniẽsi scribũt historici:qd̃ noctu ambulabat ĩ publico:qd somnũ oculis capere nõ posset:q̃rẽtibusq; huiusce uigiliæ cãm respondebat: Milciadis tropheis & gloria se ex somno suscitari.

Demosthenes oratorum apud græcos clarissim9 ualde letatus est gloriolæ susurro: quādo anus attica aquam ferens ita alteri insusurrauit: Hic est ille Demosthenes. Græce dulcius effert ουτος εστι Δημοσθενης. Nec īmerito. mortales enim ad laudem & gloriā geniti sunt. Et ut inquit uerissime Silius.

Hic ē demosthenes.

Ad laudes genitum capiat si munera diuum:
Felix ad laudes hominum genus.

M. Tullius ait principes gloria esse alendos/tāq̄ id sit pabulum suauissimum: & ut idem alio loco inquit trahimur omnes laudis studio: Et optimus qsq; maxime gloria ducitur. Nullam ꝑfecto uirtus aliā mercedem laborum periculorumq; desiderat preter hanc laudis & gloriæ.

Trahimur oēs gloria.

Alexandri: qui ex rebus gestis nomen magni sibi inuenit: pectus insatiabile laudis fuit: qui plusquā par sit sititor gloriæ Anaxagora referente innumerabiles esse mundos ex auctoritate Democriti preceptoris. Heu me miserum inquit: qui ne uno quidem mundo sum potitus. hinc exiit illud.

Sititor gloriæ Alex.

Vnus pelleo iuueni non sufficit orbis.

Hinc controuersia illa est apud Senecam famigerata. Alexander orbi terrarum magnus est. orbis Alexandro angustus est: Idem cū in sigeo ad Achillis tumulum astitisset O fortunate inquit adolescēs: Qui tuæ uirtutis preconem Homerum inueneras qđ apud Siliū uersibus modulatis sic expressum ē

Orbis alexādro angustus ē.

Felix eacida: Cui tali contigit ore
Gentibus ostendi. Creuit tua carmine uirtus.

Lachrymæ Cesaris.

Cesar cum apud Herculis templum ĩ Hispania res gestas ab Alexandro ut inquit Plutarchus contemplaretur in pictura: ingemuit illachrymauitq;: ueluti ignauiam suam pertesus: quod nihil tum memorabile a se actum esset in ea ætate: qua iam Alexander orbem terrarum subegisset.

Hãnibal

Hannibal penorũ ille inclytissimus Imperator: apud Siliũ alloquens milites in pugna cannẽsi mercedẽ laborꝝ suorꝝ solã gloriã eẽ uult. Sic enim inquit

Bellandi merces gloria.

Mihi magna satis sat uera superq;
Bellandi merces sit gloria, cætera uobis
Vincantur.

Quid multa? nõ solũ magni in re militari duces: & egregii ĩ administratõe reipu. Ciues gloriã inhiãt. Et amplexantᵉ: sed ẽt scriptores ferme oẽs hanc gloriã ueluti pmiũ uberrimũ suaꝝ lucubrationũ spectare uidentᵉ: illi quoq; philosophi q libros scripserunt de gloria cõtẽnẽda sua nomina ĩ titulo inscripserũt. Et in liminari pagina lectitari uoluerũt. quid nõ ne & opifices ipsi gloria deducti nobilitari uolũt? Nãq;

Vafrica Phidiæ.

Phidias ille inter statuarios artifex nunquã satis pro meritis laudatus: cum fecisset simulachrum Mineruæ incõparabile: nec ei liceret inscribere ut moris est nomen suũ inclusit in clypeo suã ipsius effigiẽ: qua cõuulsa tota opis colligatio & structura soluebatur.

Sauros quoq; & Batrachus sua impensa constru xisse produntur tẽpla octauiæ porticibus inclusa, inscriptionẽ sperantes: qua negata hoc tamen alio modo usurparunt. In colũnarum enim epistiliis insculpserunt ranam atq; lacertam: tanquã nominum eorum argumenta. Sauros enim grece lacerta & batrachos rana significatur.

Libet & mihi ut de me non nihil transeunter attingam usurpare illud Oratianum.

Gaudeo: quod spectant oculi me mille loquẽtẽ.

Hoc unum etiam adiiciam quod tanta gloriæ cu piditas est insita mentibus mortalium: ut quidã sceleribus innotescere uoluerint: quia uirtutibus nequi bant. inter quos haud dubie numeratur Herostrat9: de quo Gellius. Valerius. Solinus in Polyhistore, & cæteri oẽs non pauca perscribunt. Hic enim Dianæ ephesiæ tẽplũ incendit: quod opus pulchritudine & magnificentia inter septẽ spectacula mundi meruit annumerari: ut uidelicet consumpto opere pulcherri mo nomen suum per totũ orbẽ diffunderetur. Exẽplũ herostrati

Ephesii publico decreto sanxerunt ut hic esset illaudatus innominatusq;: sed frustra. in hodiernũ. n. noiat'. in hodiernũ ẽ famigeratus: qd' solũ cupiebat.

Et qd Liuius dixit de Manlio Capitolino q, famæ magnæ malebat esse q̃ bonæ: hoc idem de Herostrato dicendũ: qui hoc solum curauit etiam nephan da patrando, ne uita sui obliuisceretur. famæ magnæ magis q̃ bonæ.

Gloriam non uideri finem felicitatis.

Verų hæc gloria nō uidetᷣ esse finis ille felicitatis: quē querimus: cū sit res caduca: & intra breue seculū flaccescat: cū aliunde pendeat: qđ de summo bono credi nephas est: magis enim in laudātibus q̄ in laudato cōsistit gloria: quæ nihil aliud est: q̄ opinatio de aliena uirtute bñ̄ sentiētiū. huc adde qđ Philosophi & cū primis diuus Augustinus amorē laudis & gloriæ feruētissimū uitiū eē dixerūt. hic illud Oratianū. Laudis amore tumes. Hinc illa persiana mordacitas Egregiū cumme uicina dicat non credam: & illud. Sed recti finemq; extremumq; esse recuso. Euge tuum & belle.

Gloria quid. Perseus.

Exclamat tragicus Poeta O doxa doxa. O gloria gloria: quid aliud es q̄ aurium inflatio magna.

Gloria ĩflatio aurium.

Democritus Abderites philosophus lætatus est: ꝗ athenis multos ānos uixerit ignotus illi urbi: ueni inquit athenas & nemo me nouit.

Democritus. Nemo me nouit

Anneus Seneca decenter ait qui uixit notus oībꝫ ignotus moritur sibi. Et ab Oratio luculenter dictū est. Nec uixit male: qui natus moriensq; fefellit.

An in potentia sit collocata felicitas.

Quidam summum bonū in summa potentia cōstituunt: hi uel regnare ipsi uolunt/uel adherere regnātibus iudicant esse felicissimum pulcherrimūq;. Et profecto regnum res est ut ait Liuius inter deos

hominesq; pulcherrima. Reges sunt dii terreni: qđ etiā historico exēplo cōprobat̄. Nāq; Anatharicus gothoꝝ rex Constātinopolim ad Theodosiū imperatorē post ictū fedus inuisendi causa uenit: a quo comiter & hospitaliter acceptus ē: & cū urbē introiisset: cūq; ędificia ciuitatis pulcherrimæ atq; frequentiā populi cōtēplaret̄: cūq; deinceps imperatoris regiam ingressus obsequia officiaq; diuersa cōspiceret. sine dubio inquit Deus terrenus est imperator.

Reges dii terreni.

Dictum Anathari ci.

In libro Esdrę scriptum legimus. si dixerit Rex Exterminate exterminant. plantate plantāt: cuncta obediunt regiæ maiestati: Dicere solebat Iulius Cęsar: Si uiolandū est ius: regni cā uiolandū est: Idē cū in alpibus oppidulum oppido pusillum prætériret: amicis quærētibꝯ an ēt illic seditiones aliquæ de pricipatu forēt: μαλλον αν εφη εβουλομην προτοσ ενταυθα ειναι η δευτεροσ εν ρωμη. mallē inquit hic esse primus: q̃ Romæ secūdus. Hinc illud Papinii Statii. Sed summo dulcius unum stare loco.

Malo hic eē prim9 q̃ Romæ secūdus

Polynices quoq; apud Senecā ait: pro regno uelim patriā. penates. coniugem flāmis dare.

Potentiam non esse summū bonū.

Cæterum multa sunt: quæ documento sunt solidam felicitatem non esse in potentatu & regno collocatam: & illud in primis: quod scribit Dion prusensis. Regnum esse rem arduam laboriosam plenam curarū: plenam negociorum: quæ incommoda

Regnū res onerosa.

principes ipsos sæpe perturbant.

Preterea uersus est antiquus prouerbii uice inuulgatus usurpatusq;.

Necesse est multos timeat: quem multi timent.

Recepto autē semel hoc metu non potest esse firma ac inconcussa felicitas: Semper autē ut inquiunt Philosophi aliquis terror impendet: ex quo colligitur beatitudinem hanc quā quærimus: in regno reperiri non posse: utpote refertissimo terroꝝ atq; formidinū: A Seneca nō minus uere q̄ uenuste scriptū est.

Terror īpendet.

Simul ista posuit Conditor mundi deus. odium atq; regnum.

His astipulatur scitum illud regis illius: quem ferunt traditum sibi diadema: prius q̄ capiti id imponeret: retentum diu considerasse ac dixisse. O nobilem magis q̄ felicem pannū: quem si quis penitus cognoscat: q̄ multis sollicitudinibus & periculis. & miseriis refertus sit: ne humi quidem iacentem tollere uellet.

Nobilē magis q̄ felicē pānum.

Notissimū memoratissimūq; est exēplū Damoclis atq; Dionysii: Nā cū Damocles cōmemoraret ī sermone copias. & opes. ac maiestatē Dionysii syracusani: Negaretq; unq̄ beatiorē extitisse: uis ne inqt Dionysius o Damocle quoniā te hæc mea uita delectat ipse eādē degustare: & fortunā experiri meam? cū se ille cupere dixisset. collocari iussit hominem in aureo lecto. strato pulcherrimo. textili stragulo. abacos complurimos strauit argenteis aureisq; celatis

Exēplū damoclis & Dionysii.

uasis.tum mēsam eximia forma pueros iussit consi-
stere:eosq; ad nutum illius intuentis diligenter mini
strare:Incendebant odores.mensæ conquisitissimis
epulis extruebantur.aderant unguenta coronæ/deli/
tiarū omne genus.Fortunatus sibi Damocles uide-
batur:in hoc tam beato apparatu gladium fulgentē Gladius
e lacunari seta equina appensum demitti iussit ut im e lacunari
penderet illius beati ceruicibus:Cūq; ille Dionysia demisus.
cas copias imminentis mortis periculo aspernaretur:
iāq; beatus amplius eē nollet:Talis est inquit Dio-
nysius uita quā beatā putabas:sic semper nobis mor
tem imminentē uidemus.Existimate ergo quo mo-
do felix ille esse poterit:qui semper timere compelli-
tur:cuiq; Tātali saxum ut dicitur semper impēdet. Tātali sa
Imperiū res ē inuidiosissima:ut inquit Vopiscus: xum.
meritoq; ait Sidonius Apollinaris Nō assentior his:
qui summā beatitudinē existimant summam pote-
statem:Nam sicut hominibus reges.ita regibus desi
deria dominandi dominantur:hinc inuenti complu/
re:qui uitā priuatā ociosamq; regno anteponerent.

Seneca.

Me mea tellus lare secreto tutoq; tegat.

Catullus.

O quid solutis est beatius curis.

Oratius.

Nec ocia diuitiis arabum liberrima muto.

Aristoteles in ethicis inquit Videtur felicitas esse

in ocio: Negociamur ut ociemur.

Felicitas i ocio.

Nõ ab re fuerit hoc potissimũ loco exẽplũ de Pyrrho Et Cynea pulcherrimum recensere: Cyneas.n. facundia memoriaq; prepollens: Pyrrhum ad Italiã propẽsum cernens: Sic illũ aliquando ociosum affatus est. Egregii bello o Pyrrhe romani esse dicũtur: quod si eos superare dii dederint quid tũc agemus? ad hæc Pyrrhus Nulla inqt nobis neq; barbara neq; græca ciuitas resistere poterit romanis superatis sed statim totius Italiæ imperio potiemur: parumper cõmoratus Cyneas/cum Italiã ait ceperimus quid tũc agemus? Et Pyrrhus proxima inquit est insula sicilia opima & opulẽta: quæ captu facilis erit. Recte inquis dicit Cyneas: sed an finis militiæ nobis erit cepisse siciliã? Deus modo infit uictoriã prestet: Nam his ueluti preludiis utemur ad res maximas conficiendas. quis enim Africa abstineat & Carthagine: qua subacta nullus nobis resistet orbis. Ita ẽ inquit Cyneas. Sed uictis oĩbus & subactis quid faciemus tãdẽ? & Pyrrhus subridẽs ociabimur inquit: & quotidiana festiuitate lætitiaq; perfruemur: tũc Cyneas: quid uetat o rex inquit quominus nunc ista lætitia & festiuitate & ocio perfruamur. Suppetit quippe nobis sine labore facultas istarum rerum omnium: ad quas per sanguinem & pericula & erumnas peruenturi sumus: Verissima erant quæ dicebantur a Cynea: sed pyrrhũ nequaquã ab incepto retraxerũt:

Exẽplũ cyneæ & Pyrrhi.

Ociabimur.

iã iã regno italico ĩhiãtẽ & spes ĩmodicas anhelãtẽ.

Non pauci extiterunt: qui ociũ & uitę rusticę simplicitatem fortunatã esse censuerunt: In eaq; ueram felicitatem collocauerunt: haud dubie uitam rusticã urbanæ anteponentes. hinc ait Maro. La9 uitæ rusticæ.

O fortunatos nimiũ sua si bona norint
Agricolas. Et Oratius. Ruere uiuentẽ beatum eẽ autumat: q alio quoq; loco sic cecinit.

Beatus ille qui procul negociis
Vt prisca gens mortalium:
Paterna rura bobus exercet suis
Solutus omni fenore.

Delphicum oraculũ Aglaũ dixit eẽ felicissimũ: q̃ in angustissimo archadiæ angulo paruũ sed annuis uictibus large sufficiens prediũ colebat: nunq̃ ex eo egressus & ita mimima cupidine minimum in uita mali expertus. & profecto ut ait idem Oratius. Aglaus nũq̃ egressus agellum.

Viuere naturæ si conuenienter oportet.
Vidisti ne locum potiorem rure beato?

Natura enim ut inquit. M. Varro dedit agros: ars humana ædificauit urbes.

Rusticatio autem ab exiguis ꝓfecta primordiis ad summũ columen peruenit: Hinc apud antiquos græcos illustrissimus quisq; pastor erat: ex quo alios græco uocabulo: Polyarnas: alios Polymelas: alios Polybutas uocitarunt: a multitudine uidelicet agnorum: ouium: ac bouum. Polyarnes polymeles. polybutæ

Romani cum uirum bonum laudabant eũ bonũ agricolã bonũq; colonũ appellitabãt. amplissime. n. laudari existimabatur: qui ita laudabatur.

Triũphales aratores.

In tanto deniq; honore apud priscos fuit agricolatio ut imperatores romanos non puduerit manibꝫ triumphalibus agros colere: semina tractare: arbusta disponere. Præterea nobilissimarũ familiaꝶ nõ aliũde cognomẽta sunt: quã a rebus rusticanis: Nã Fabii. Lentuli. Cicerones. A leguminibus: quæ quisq; optime serebat cognominati sunt. Pisones a pisendo dicti. Multa quoq; nomina habemus ueterũ romanorum: partim a maiore partim a minore pecore deducta: Hinc enim iunios bubulcos: statilios tauros: Pomponios uitulos cognominarũt: Hinc portii Catones: & Annii capræ nominitantur. Quinetiã Italiã nũcupationẽ traxisse a uitulis: quos græci antiqui italos uocabant nemo nõ nouit: Hinc locupletes appellati loci hoc est agri pleni: & pecunia: ipsumq; peculium a pecore nomen sortiuntur: Infinita prope dici possent de uitæ rusticæ bonis ac felicitate: sed me ipsum cohibeo: cum in libro orationũ nostrarum extet oratio continens laudationẽ rusticationis uberrimam. Illud dissimulanter præterire non possum: qđ Dioclicianus imperator imperio deposito contulit se in ocium rei rusticæ quietissimum: illicq; beatissime cõsenuit: & Attalus rex omissa regni administratione hortos fodere cepit & uillicare. De agricultura nõ

Italia a uitulis.

Pecunia a pecore.

Dioclicianus deposuit imperium.

minus honorata q̃ frugifera Reges ducesq; amplissimi scriptitauerunt.

Si quidẽ Hiero. Athalus. & Archelaus reges: Xenophon & Mago duces uolumina de re rustica condiderunt. Præterea innumeri tã græci q̃ latini conditores negociũ istud stilo illustrauerunt. Sed eorum qui extant Marcus portius Cato oĩum bonarum artiũ magister optimus ac sine æmulo agricola librũ cõposuit precepta colendi agrũ continentẽ: post Catonẽ Terẽtius Varro: qui a Terẽtiano uir doctissim9 undecũq; dictus est: annum iam uitæ octogesimũ primũ agẽs rem rusticã expoluit. Plinius noster: quo nil doctius Composita breuitate uenustauit: Palladius decẽtissimo ordine distinxit. Columella autem tanq̃ rusticationis parens totum disciplinæ rusticæ corpus luculentis uoluminibus cõplexus est: Virgilius uero carmine Georgico rem rusticam potentem fecit: redditq; illustriorem. Et nos hoc anno duos hos inclytissimos rerũ rusticarũ scriptores publico auditorio profitebitur: id maxime curãtes ut non minus frugifera sit: q̃ uoluptifica nostra professio: Sed iam reliqua propositi peragamus.

scriptores rei rusticę

Portius. Cato.

Terẽtius Varro.

Plinius.

Palladius

Columella.

Virgilius

An diuitiæ sint finis honorum.

Quidã immo pene omnes autumant summum bonum esse diuitias. & solum diuitem esse beatum: simul concinentes illud Oratianum.

An diues beatus.

O ciues ciues quærenda pecunia primum.
Virt9 post nūmos. Nec min9 illud ex sermōib9.
Omnis enim res.
Virtus.fama decus diuina humanaq; pulchris
Diuitiis parent:quas cui construxerit ille
Clarus erit.fortis.iustus.sapiens.etiam rex:
Et quicquid uolet.

Petroni9 arbiter. Oratianę sentētiæ astipulat᷑ Petroni9 arbiter cū ait.
Quisquis habet nūmos secura nauiget aura:
Fortunāq; suo tēpet arbitrio. Et mox paulo
Multa loquor quid uis nūmis præsentibus opta:
Eueniet:clausum possidet arca Iouem.

Bona q̄ beent. Pecuniæ nerui rerū dictū uerris. Hinc Iurisconsultus tit.de uerborū significatione refert bona dici diuitias ab eo q̄ beent: idest beatos efficiant.ait.M.Tullius diuitias esse effectrices rerū magnarū & cū primis uoluptatū:pecuniæ nerui sunt bellorū:aurum persuasio est regū. Huic metallo ut inquit uerissime Apuleius Difficultates oēs sūt peruiæ:& auro adamantinæ fores perfringuntur. Dictitare solebat Verres nihil esse tā sanctum quod non uiolari:nihil tam munitum:quod non expugnari pecunia possit. Aurum ut inquit Oratius: Per medios ire satelites. Et perrumpere amat.
Saxa potentius ictu fulmineo.

Scitum Philippi. Philipp9 macedonū rex omnia castella expugnari posse dicebat:in quæ modo asellus onustus auro posset ascendere: Ideo imperatores boni quod tor-

mentis & machinis expugnare non possunt: uincant auro. sicut Philippus urbium portas diffindebat.

Cũ in p̃sentia mauors fulminet & telũ suũ cõcutiat: nõ nihil uelut ĩ trãscursu q̃ rebellica iter serem⁹. Mauors fulminat.

Plurimum in bello pollere creduntur militũ copia & uirtus. Ingenia imperatorum. fortuna per oĩa humana maxime in res bellicas potẽs. qui uero pecunias bellorum neruos esse dixerunt oracula certiora dixisse uidẽtur: Archidamus Lacon sociis percunctantibus: q̃tum satis foret pecuniarum ad belli administrationem respondit. ο πολεμοσ ου τεταγμενα ζητει. hoc est bellum ordinata non querit. Quæ in bello polleant.

Existimat. M. Tullius in summo imperatore quattuor has res inesse oportere. Scientiã rei militaris: uirtutem: auctoritatem: felicitatem: Non pauci addunt quintam ueluti potentissimam auri copiam affluentiorem: sine quo reliqua manca & mutila esse existimantur: sine quo præclara non facile geri possunt: Nãq; officiũ boni imperatoris est ut quod uiribus efficere nõ potest id auro efficiat: interdum astu calliditateq; conficiat: imiteturq; Lysandrum qui cẽsebat uulpis pellem assuendam esse quo leonis non assequeretur: qui dicebat pueros talis esse decipiendos: uiros autẽ iure iurãdo. Sed in arcanis sit & αποῤῥητοισ quod facturus est imperator: Vnde preceptum militare traditur a Vegetio. Quid fieri debet tractato cum multis: quid uero facturus sis cũ pau- Lysãder. Vulpina pellis assuẽda leoninæ.

cissimis.uel potius ipse tecũ.hinc laudatus ille Metellus:qui interroganti:qd facturus foret respõdit.si uesté hanc mei consilii cõsciã esse crederé:eã flãmis deureré:hinc inter signa Romana erat minotaurus: ut queãdmodũ ille in intimo Labyrintho abditus erat ita ducis consiliũ semper deberet esse secretũ.

Minotaurus iter signa.

Dicere solebat Paulus Aemilius bonũ impatorem nũq̃ signis collatis decertare oportere nisi summa necessitudo aut sũma ei occasio data esset.Militaris sine duce turba corpus esse creditur sine spiritu: plusq; pollet interdũ bonus imperator q̃ numerosus exercitus:Hinc cũ Scipio Aemilianus numantinos uertisset in fugã illiq; grauiter indignarentur querẽtes:quid romanos fugissent:quos prius totiés fugauissent:tunc numantinum quẽpiã dixisse ferunt.ωσ τα προβατα ταυτα και μυμ εστιμ οΔε ποιμημ αλλοσ.hoc ẽ oues quidẽ & nũc easdẽ esse sed pastoré aliũ:Vereq; proditũ est tanti esse exercitũ q̃ti imperatoré:Ex quo illud Chabriæ dignũ scitu dignũq; memoratu est:qui dicere cõsueuit.οτι φοβεροτερομ εστιμ ελαφωμ στρατοπεΔομ ηγουμεμου λεομτοσ η λεομτωμ ελαφου.idest formidabiliorem esse ceruoꝝ exercitũ duce leone:q̃ leonũ duce ceruo.Idẽ dicebat officiũ optimi imperatoris esse res hostiũ & consilia optime nosse.Id aũt fit cõmodissime per fidissimos exploratores:parant̃ aũt tales liberalitate & pecunia:quæ uel una uirtus sæpe ui-

Exercit9 sine duce corpus sine spiritu

Oues eædẽ pastor alius.

Dictum Chabriæ scitissimũ

ctoriam pręstat ex hostibus:qua Cæsar dictator mi-
lites sibi reddidit deuotos.fideles.obnoxios. In hæc diuertisse non fuerit alienum: propter gliscentes in dies bellorum rumusculos:quibus Italiam flagraturam ominantur.

Ergo igitur ut ad propositũ reuertamur: pecunia ingens generis humani bonũ exstimatur: ut inquit Euripides.pecunia in honore.paupertas probro haberi cepit:ut Salustius Senecaq; notificant:Cui diuitiæ supersunt huic nihil prorsus deesse creditur. Euripides.

Et genus & formã regina pecunia donat.
Et bene numatum decorat suadela uenusq;

ut inqt Oratius.puerbii quoq; uice illud inuulgatũ:
Vnde habeas quęrit nemo sed oportet habere.

In decretis canonicis dist.quadragesima septima traditũ est:quod mens mortaliũ semper aurũ: semp argentũ uidet:gratius intuentur aurum q̃ solem:oĩs nostra oratio ad deum aurum quęrit. Gratius auꝝ q̃ sol

Huic sententię subscribit illud satyrici poetę memoratissimum.

Prima fere uota & cunctis notissima templis Iuuenalis
Diuitiæ crescant:ut opes:ut maxima toto
Nostra sit arca foro.

Seneca libro uigesimo secũdo epistolaꝝ: Admirationẽ inqt parẽtes auri argẽtiq; fecerunt:totus populus in alia discors.in hoc cõuenit.hoc suspiciunt. hoc suis optãt.hoc dis uelut maximũ reꝝ humanarũ

consecrant: Deniq; quod optumum uideri uolunt seculum id aureum appellant: Sine me inquit alius uocari pessimum: simul ut diues uocer: An bonus nemo: an diues omnes querimus: non quare & unde: quod habeas tantum rogant: ubiq; tanti quisque quantum habuit fuit.

Seculum aureum.

Pessim9 dũ diues

Consimile est illud Apuleii ex apologia: tanti re uera estis quantum habetis.

Caligula

Caligula Romanus Imperator existimans aurũ esse summum beatitudinis super innumeros aureorum aceruos nudis pedibus spatiatus & toto corpore aliquãdiu uolutatus est.

Alcmeon onustus auro.

Grecus ille Alcmeon: de quo scribit Herodotus: olim prægrandem tunicam indutus: & calceos latissimos calceatus. perexit ad thesauros Cresi: Creso permittente. ibiq; in aceruos aureorum procumbes primum refersit calceos auro: dein omnes sinus uestimẽti: quin etiã Ramenta auri crinibus implicuit: os quoq; & manus auro compleuit: exiuitq; auro suffarcinatus non homini similis sed monstro: cuius os erat turgidum: & cuncta membra auro onusta.

Respõsũ Biantis.

Interrogatus Bias Prienensis quidnam faciẽs homo delectaretur. Lucrans inquit.

Historia Pithii remotior.

Plinius quoq; Bithinicus: qui Xerxis temporib9 claruit auri cupidine incensus: tanq̃ id summũ bonũ foret: omnes ciues in metallis auri fodiendis occupatos habebat. Idq; unum auri congerendi studium.

tantopere colebat: ut multi ob laboris magnitudinẽ interirẽt. Vnde mulieres agminatim ad Pithei uxorem uenerunt orantes: ut huic malo mederetur: quæ illas bono animo esse iussit: Dein adhibitis artificibus panes & edulia omne genus ex auro cõfici pręcepit: quibus diligenter studioseq; confectis Pitheo parari cœnam postulãti auream mensam uxor apponi iussit: cuius aspectu delectatus est Pitheus utpote mira arte singula elaborata cõspiciens: inde aspectu iam abunde satiatus cibum afferi ꝑcipiebat. uerum uxor cuncta quæ postulasset ex auro concinnata iubebat apponi: cũq; ille iracũdia ꝑcitus esurire se uociferaret: neq; aurũ se id temporis amplius exposceret: Tum uero mulier cordata & prudentia pollens: nullius inquit rei o coniunx prẹter hanc unam habẽdæ facultatẽ prebes: omnis omnium uirorũ cura tuo iussu in parando auro uersatur: iam nemo agros colit. iam omnis serendi plãtãdi arbores: & totius rusticationis diligẽtia intercidit: dum ĩ auro fodiẽdo tuo iussu oẽs sunt occupati. hac uxoris castigatione tam sancta: tam uera: non mediocriter cõmotus Pitheus est. Fodiendi tamẽ auri negociũ nequaquã penitus omisit: tanq̃ in auro sũma beatitas eẽt collocata: Hic est ille Pitheus: qui platanum aureã uitemq; nobilẽ illam Dario regi donauit: qui Xerxis copias innumerabiles excepit epulo: stipendium quoq; quinq; mensium frumentũq; pro alẽdo exercitu pollicitus.

Solertia feminæ.

Obsonia ex auro.

Platanus aurea.

Diues ille apud Oratium sic insit
Populus me exibilat:at mihi plaudo
Ipse domi:
Simul ac nummos contemplor in arca.

Verba plinii bracteata.

Penetramus inquit non minus uere q̃ eleganter Plinius. In terræ uiscera auri argentiq; uenas & æris ac plumbi metella fodiẽtes:gẽmas etiã & quosdam paruulos quęrimus lapides scrobibus in profundũ actis:uiscera eius extrahimus:ut digito gestetur gẽma/quam petimus:quot manus atteruntur ut unus niteat articulus:Si ulli essent inferi iam ꝑfecto illos auaritiæ:atq; luxuriæ cuniculi refodissent.

Diuitias non esse finem felicitatis.

Ueꝝ enĩuero ut tradit Aristoteles ipsæ diuitiæ nequaq̃ sunt ipsum sũmũ bonũ:Sũt qdẽ utiles:expetũtur qdẽ pp felicitatẽ:sed non sunt ipsa felicitas:quæ ꝓpter se ipsam expetit᷑. Quod bonũ est ex malo nõ fit:diuitiæ aũt fiũt ex malo & iniquitate:ergo nõ bonũ:ex quo illud Hieronymi:Diues aut iniquus aut iniq heres:Et illud euangelicũ. Facite uobis amicos de mãmona iniqtatis:hoc est ex diuitiis:quę ex iniqtate ꝑueniũt. Præterea nihil p̄his & potissimũ Senecæ bonũ uidet᷑ quo qs & male uti põt. Videmus aũt diuitiis q̃ multi male utãtur. quin etiã qđ bonũ ẽ nocere nõ põt nec debet:Atq uidemus diuitias q̃ plurimis fuisse exitio & nocuisse:unde colligimus diui-

Diuitiæ cãexitii.

tias pro sũmo bono habẽdas nõ eẽ:cũ sepe uertant̃ in malũ:dẽtq; pessũ ipm possessorẽ:hic illd̃ satyricũ.
Sed plures nimia congesta pecunia cura
Strangulat & cũcta exuperãs patrimonia cẽsus.

Longum facerem si uellem in presentia pcensere quot uiros diuitię ĩmodicę in exitium p̃cipitauerint: obuia omnibus sunt exempla id genus.

Quicqd aptã moderationẽ supgradit̃ ut scribit Apuleius in magia.oneri potius q̃ usui exuberat.ex quo ẽ illud Hesiodi.οσω πλεορ ημισυ παρτοσ. Hesiodus idest quãto plus est dimidiũ toto.Plato in.v.de rep. Dimidiũ & libro tertio de legibus interpretat̃ dimidiũ eẽ plus plus toto. toto:quia mediocritas ẽ utilior salubriorq; ipso ĩmo dico & toto:quod sepe noxiũ est atq; pestiferum.

Quod in diuitiis non sit summa felicitas::documento maximo euidẽtissimoq; sunt homines ditissimi:quos mestos:anxios:sollicitos idẽtidẽ cõspicimus:quoꝝ felicitas bractea/tapsonata/supparata eleganter a Seneca appellat̃:quasi uelamẽto quodam Felicitas adumbrata:ut foris & fronte beati uideãtur.intus ue psonata. ro & in secessu animi infelices ac miseri.

Multi quos uulgus ob diuitias felices putat sepe dolẽt sepe suspirãt:interrogatus Anaxagoras quisnam esset felix:Nemo inquit ex his quos tu felices Dictum existimas. Anaxagorę.

Socrates apud Platonẽ interrogatus a Polo felixne ei uideret̃ archelaus macedonię rex.nescio eqdẽ

nunquã.n.apud ipsum fui. Idẽ negauit magnũ persarum regẽ sibi felicẽ uideri: quia inquit ignoro quo

An psarũ rex beat⁹ pacto ad eruditionem iustitiamq; se habeat. Virtute enim non diuitiis felicitatem metiebatur.

Plautus. Ait Plautinus senex. odi ego aurũ: multa multis

Odi aurũ sæpe suasit perperã. Vtinã inquit Plinius noster posset e uita in totum abdicari aurũ. sacra fames. ut celeberrimi auctores dixere: pscissum conuitiis ab optimis quibusq;: & ad perniciem uitæ repertum.

Apuleius aurum appellat metallum execrandũ.

Crates abiecit aurũ Hinc haud ĩmerito Crates thebanus ut ab historicis proditũ est. & in decretis canonicis repetitũ. magnũ pondus auri abiecit neq; putauit se posse & uirtutes & diuitias simul possidere.

Hinc Zeno audito rerum suarum naufragio: Iubet inquit fortuna me expeditius philosophari.

Democritus. Democritus quoq; quo magis uacuo aĩo studiis litterarũ operaret̃: patrimoniũ suũ patriæ donauit.

Et Anaxagoras possessiones ĩcultas reliquit pluris faciẽs doctrinã q̃ diuitias: cuius ẽ illud scitũ: Nõ essem ĩquit ego saluus nisi istæ possessiones pissent.

Nulli satis. Huc adde: q nulli mortaliũ unq̃ tãtũ ẽ q̃tũ cupit: fortuna. n. ut inquit Epigrammatarius poeta multis nimiũ dat: satis nulli: quãto diuitior quisq; ẽ tãto cupidior: qui aũt cupit beatus esse nullo modo potest. Talis magnas inter opes inops est: & cõgesto paup in auro: ut clarissimi auctores prodiderunt. Et ut ait

Claudianus. Semper inops quicũq; cupit.

Et medius fidius ad uiuendum uelut ad natandum is melior: qui onere liberior.

Inops q̃cũq; cupit

Maiore inquit Seneca torméto pecunia possidetur: q̃ queritur. Præterea nõ ualent diuitiæ liberare a morbis: quibus implicati mortales ꝑ ualitudine impenderent persicas gazas: homo aũt egrotus: quãuis opulentissimus potẽtissimusq; beatus esse non põt/ cũ opus sit prosperitate ad bene beateq; fruẽdũ comportatis diuitiis. Ex q̃bus oĩbus euidẽter colligimus diuitias non efficere ipsam felicitatẽ quã quærimus: quæq; finis est rerum omniũ expetendarum.

An uirtus sit effectrix uitæ beatæ.

Seuerissimi sanctissimiq; philosophorũ summũ bonũ in honesto hoc est in ipsa uirtute posuerũt exi/stimãtes solũ sapiẽtẽ eẽ oĩa: hic exiit illud Oratianũ.

Ad summam sapiens uno minor est Ioue/
Diues/liber/honoratus/pulcher/rex deniq; regum.

Sapientẽ esse oĩa.

Et profecto uirtus/sicut auctor ẽ Seneca in libro ad Galionem de uita beata: altũ quiddã est/excelsum/ & regale inuictum infatigabile: Virtutem in templo inuenies: in foro/in curia/pro muris stantem/puluerulentam/coloratam/callosas habentẽ manus. Huic sentẽtię subscribit Silius: a quo uirtus ita describit̃.

Virtus altũ q̃ddã.

Silius de uirtute.

Frons hirta nec unquam: composita mutata coma/
Stans uultus & ore
Incessuq; uiro propior: lætiq; pudoris.

Celsa humeros:niueæ fulgebat stamine pallæ.
Dixit Ouidius   Inuia uirtuti nulla est uia.
Oratius uirtutem sic diffinit.
Virtus est uitium fugere & sapientia prima.
Stultitia caruisse.
Lucilius satyræ cōditor uirtutē his uersibus enarrat
Virtus est homini scire id quod quæq; habeat res.
Virt⁹ q̄d secūdum Lucilium
Virtus scire homini rectum utile quid sit honestū.
Quæ bona quæ mala:itē qd inutile turpe ihonestū
Virtus quærendæ rei finem scire modumq;.
Virtus diuitiis precium persoluere posse.
Virtus id dare:quod re ipsa debetur honori.
Hostem esse atq; inimicū hominū morūq; malorū:
Contra defensorem hominū morūq; bonorum:
Hos magnifacere:his bene uelle:his uiuere amicū.
Cōmoda præterea patriæ sibi prima putare:
Deinde parentū:tertia iam postremaq; nostra.
Plautus. Poeta comicus in Amphitryone sic inquit.
Virtus omnibus rebus anteit profecto:
Libertas/salus/uita/res/parentes/patria & prognati tutantur seruantur. Virtus omnia in se se habet.oīa adsunt bona quem penes est uirtus.
Seneca libro epistolarum.ix. ad Lucilium:
Virtus re cta ratio.
Virtus inquit est recta ratio. Augustinus ait Virtutem artem esse bene uiuendi. Memoratissimus est oratianus ille uersiculus.
Vilius argentum est auro:uirtutibus aurum.

Et ille.

Virtus est medium uitiorum & utrinq; reductum. Otatius.

Autumat. M. Cicero in tusculanis quæstionibus ad beate uiuendum satis posse uirtututem: cui astipulatur Silius illo uersu.

Ipsa quidem uirtutus sibimet pulcherrima merces.

Non ab re fuerit subtexere uersus luculẽtos: quibus graphice decenterq; describit uirtutem Claudianus cum sic ait.

Virtus a Claudiano celebrata.

Ipsa quidem uirtus precium sibi: solaq; late
Fortunæ secura nitet: nec fascibus ullis
Erigitur: plausu ue petit clarescere uulgi:
Nil opis externæ cupiens: nihil indiga laudis:
Diuitiis animosa suis: immotaq; cunctis
Casibus ex alta mortalia despici arce.

Ait Oratius.

Virtus repulsæ nescia sordidæ
Intaminatis fulget honoribus.

Certe Pithagoras, Empodocles, Democritus, Plato ad hanc uirtutem percipiendam nauigauere: hanc peregrinationibus susceptis uestigauere: hanc cum primis prædicauere tanquam beatitudinis effectricem.

Contrariorum ut inquiunt Philosophi contraria sunt cõsequentia: Si uitia efficiunt uitam miserã cõsequenter uirtutes efficiẽt beatã: Ideoq; Stoici dicũt sapientem fore beatũ etiã si obcæcetur, obsurdescat,

membris debilitetur/doloribus crucietur.

Virtuté per se nó satis esse ad uitã beatã pficiendã.

Verũ re diligenter perpẽsa & pensitata decernimus in uirtute esse quidé plurima ad faciendam felicitatem: sed haud quaq̃ oĩa: Nã felix ut inquit Aristoteles indiget p̃ter uirtuté bonis corporis atq; fortunæ. Stoici quidem dicũt sapienté ĩ rota & tormẽtis constitutũ esse beatũ. uel uolentes uel nolentes nihil dicunt: quorũ dogma deludit Augustinus in. xix. de ci. dei. cum in illis sit quidam superbiæ stupor.

Dogma stoicorũ illusum.

Theophrastus: qui ex diuinitate loquendi sibi nomen inuenit: in Calisthene suo laudauit hanc sentẽtiam: uitam regit fortuna non sapientia.

Indolẽtia Hieronymi.

Indolentia illa Hieronymi non est dicẽda summum bonum: quoniã in stultis esse potest: felicitas aũt cũ stulticia non copulatur: preterea aliud est non dolere aliud esse/in uoluptate felicitateq;. & ut inqt eleganter Seneca Indolentiam nunq̃ bonum dicam quam habet cicada: habet pulex.

Qui uoluptatem cum honestate summũ bonum esse dixerunt: hi dixerunt quidem aliquid: sed non omnia complexi sunt perficientia felicitatem.

Sentẽtia Aristotelis de felicitate.

Aristoteles philosophorũ ĩclytissimus. ĩ. x. ethicorũ felicitaté esse quãdã cõtẽplatiuã operationẽ sic colligit: Deos omnes maxime felices existimant ac beatos: quas res tribuimus Dis agendas? iustas & iniustas? Ridiculum id foret si contractibus & redden-

dis depositis sint occupati. At exercēt liberalitatem? absurdum ē credere illis esse nūmos: Dormire illos non dicēdum ut endymionem: cum somnus ad dormientes pertineat: Vigilare ergo & uiuere cuncti deū credunt: ergo & operari: ociosam enim & immobilē dicere naturā dei impiū est: quod & Origenes testat in tertio periarchon. Actiones aūt deo nō dantur ut homini: quidnā itaq; aliud restat nisi contemplatio: quare dei operatio beatitudine precellēs contemplatiua sūme felix existet: quæ deo maxime ē cognata: Verū indigebit prosperitate corporis & alimentis cū homo sit. Natura nāq; ipsa non est ad contemplandum sufficiens: sed & corpus sanum esse oportet: & alimēta reliquūq; famulatū adesse: Itaq; uitę degendæ ratio quieta maxime placuit philosophis in contemplatione & cognitione posita rerū: quæ quia deorum erat uitæ simillima: sapiente est uisa dignissima. Ergo igit ut aliquādo concludamus latissimam de felicitate disputationē recurrēdū nobis est ad ipsam diffinitionem: Est autem felicitas ut dudum dictum est plenitudo rerum optandarum: Hæc autem plenitudo constat ex triplici genere bonorum. ex bonis animi/ex bonis corporis/ex bonis fortunæ: Cumulata hæc bona faciunt absolutam felicitatem: quod ut planius & lucidius percipiatur: quid sit ipse homo: & ex quibus constet quærendum est.

Origenes

Cōtēplatio est felicitas.

Felicitas plenitudo optandorum.

Homo neq; solum corpus est: neq; anima sola:

homo ex anima & corpore.

Sed ex anima ſimul & corpore compactus eſt: proinde ſummum bonum hominis: quo fit beatus: ex bonis utriſque conflatur: Qui uirtutem ſummum bonorum eſſe dixerunt in hoc lapſi ſunt: quod animum ſolum tuentes corpus omiſerunt: Qui uoluptate corporis felicitatem metiuntur animum incultum ac ueluti pediſequum reliquerunt: Qui uero ex animi & corporis ac fortunæ bonis felicitatem conſtituerunt: hi ueritatem ipſam propius inſpexerunt: eorumq; ſententia tanquam optima ueriſſimaque comprobantur: bona autem animi uirtutes ſunt: & hæc longe magis honoranda q̃ corporis ac fortunæ bona: Anima enim ut inquit ueriſſime Ariſtoteles in ſeptimo Politicorum precioſior eſt corpore & pecuniis. Externa autem gratia animi expetuntur: non autem animus gratia illorum: principatum inter bona animi obtinet prudentia: quæ eſt cunctarum regina uirtutum ut ait Plato: hæc circa humana uerſatur. ut docet Ariſtoteles in ſexto ethicorum: Vnde Anaxagoram & Thalem ſapientes fuiſſe dicunt non prudentes: qui propria commoda ignorarunt: & patrimonia contempſerunt. Socrates uirtutes omnes putabat eſſe prudentias: ceteræ uirtutes ut iuſtitia: quæ lucifero mirabilior exiſtimatur: ut fortitudo quæ propria uiri uirtus eſt. ut temperantia: quæ libidines obfrenat ſatis notæ. & a nobis alio loco fuſius explicatæ: Do-

Felicitas ex trinis bonis.

Bona animi.

Prudētia

Sapiētes nō prudētes.

ctrinæ & ipsæ multiiugæ inter animi bona memorantur: quibus animus fit θειοτατοσ idest diuinissimus.

Bona corporis sunt Valitudo. robur. pulchritudo. sine quibus non potest esse uera felicitas: ex quo satis liquet diuitias non esse summum felicitatis: cũ bonam ualitudinem prestare non possint. meritoq; laudatur illud oratianum. Bona corporis.

Non domus aut fundus non æris aceruus & auri
Aegroto domini deduxit corpore febres
Non animo curas. ualeat possessor oporter
Si comportatis bene rebus cogitat uti. Oratius.

Virtus quoq; sine ualitudine corporis non satis fungi officio suo potest: Animus enim fulturis corporis sustinetur: cũ situas & ueluti organon animi ipsum corpus. Dixit Solomon non est census super cẽsum sanitatis corporis. Vulgatissimus est ille festiui poetæ uersiculus uice prouerbii celebratus. Corpꝰ organũ animi.

Non est uiuere/Sed ualere uita.

Apud Platonem in Gorgia Cantio conuiualis celebratur: quam cantores in conuiuiis usurpant ita concinnentes: optimum quidem esse bene ualere: Secundo loco formosum esse: Tertio habere diuitias bono modo partas. Idem mox paulo nihil inquit sanitate est melius. Hæc Mar. Varro primigenia naturæ appellat: Alii prima naturæ. Græci τα πρωτα φυσεωσ. De quibus Mar. Cicero & Cãtilena cõuiualis Primum bene ualere. Primigenia naturæ.

Aurelius Augustinus non parũ multa prodiderũt.

Academici & Peripatetici: utpote philosophorũ nobilissimi ꝓbãt hæc prima naturæ: in qbus numerant incolumitatẽ: ualitudinẽ: sensus integros: doloris uacuitatem: uires: pulchritudinẽ: quoꝝ cõsimilia sunt ĩ aĩo. Sine pulchritudine nõ põt esse absoluta felicitas: ideoqꝫ dixit Aristoteles: ꝙ nõ satis idoneus ẽ ad felicitatem homo penitus deformis: Est.n.forma dei munus: & ut inquit Homerus θεων ερικυδεα δωρα Deorum dona gloriosa nequaq̃ aspernãda.

Pulchritudo dei donum.

Verũ ad hãc corporis incolumitatem firmitudinẽqꝫ custodiendã: utpote rẽ rerũ oĩum ꝑciosissimã, inuentæ sunt innumeræ medicinæ: tot Cerata: malagmata: emplastra: collyria: antidota: cataplasmata. Excogitata sunt tot catapocia: tot pharmaca: tot medicatæ potiones inuẽtæ, cõpositiones & mixturæ inexplicabiles circunferuntur: quin & medicina a rubro mari atqꝫ ex India petitur: ut ita fiat ꝑciosior: meritoqꝫ scripsit Plinius noster unã hãc artiũ ĩperatoribꝫ quoqꝫ imperare, nullãqꝫ esse medicina fructuosiorem.

Malagmata.

Catapocia.

Nulla ars medicina fructuosior.

Verum scito plus quotidianas exercitationes ad sanitatẽ ꝓdesse: q̃ medicos q̃ medicinã: exercitatione enim ut ait Fabius Quintilianus cũcta cõualescũt: Sine qua ut inquit Galenus impossibile est hominẽ sanitate prosperrima diu frui: & ut auctor ẽ Auicẽna ad sanitatis cõseruationem plurimũ potest polletqꝫ exercitatio: cuius multæ sunt species.

Exercitatio.

Auicẽna.

Galenus exercitationẽ paruę pilę reliquis antepo nit. Cõmode etiã exercẽt ut docet Cornelius celsus cursus: ambulatio: & clara lectio: qua nos ꝑpe peculiariter utimur: quotidie publicis lectionibus cõtentissime boantes: & raui exerta uoce repurgantes.

Galenus. Celsus. Clara lectio nr̃a exercitatio.

Plato & Aristoteles gymnasticã cũ primis ꝓbãt: qua uires augescũt: & sanitas inoffensa custodit̃. ꝓci pit Aristoteles in octauo politicorum Adolescentes gymnasticæ & pedotriuicę esse tradẽdos: Vbi pedotriuica: ut hoc quoq; in transcursu declaremus: significatur exercitatio pertinẽs ad doctorem pedotriuẽ: est aũt pedotriues ut docet Plato in libro de philosophia exercitationis magister: cuius officium ẽ ut idẽ tradit ĩ Gorgia corpora hominũ formosa robustaq; efficere. idẽ Plato adeo gymnasticã ꝓbauit: ut libro de repub. quinto feminas gymnastica exercẽdas esse censuerit: qui libro septimo de legibus gymnasticæ nomine exercitationes omnes bellicas contineri docet: eãq; diuidit in saltationem & luctationem. Prisci Pentathlon nominauerũt genus exercitationis his quinq; artibus cõstans. iactu disci. cursu. saltu. iaculatione. & luctatione: id latini quinquertiũ uocãt: Vnde Athletæ ipsi quinquertiones dicti. pancratiasten quoq; appellauerũt eũ: qui ĩ omni gymnastica exercitatione pugnaret & uinceret: & pancratiũ dixerunt ipsum multiforme certamen de quo ita Propertius.

Et patitur duro uulnera pancratio.

Gymnastica. Pedotriuica. Pedotriues qui. Plato probat gymnasticã. Pẽtathlõ quinquertium. Pãcratiastes. Pãcratiũ.

Pancratii meminit Iuriscõsultus titulo ad legẽ aquiliam his uerbis: Si quis in colluctatione uel in pancratio uelpugile: dum inter se exercent alius alium occiderit. quo in loco mera delirameta uigiliãs somniauit Acursius. de Pãcratio copiosius fusiusq; a nobis scriptum est in commentariis propertianis.

Ergo igitur ad bona corporis custodienda utemur exercitatione: quę ut ait Cornelius celsus prima corporis curatio est: debetq; semper antecedere cibum in eo qui bene cõcoxit/amplior: in eo qui minus cõcoxit remissior. Valitudinẽ quoq; mirabilẽ p̃stat ipa frugalitas & uictus parsimonia; Simplex. n. cibꝰ homini utilissimus: E contrario accruatio saporũ pestifera & condimenta pernitiosiora. Hippocrates in libro de flatibus malã dietã uocat: quę consit ex pluribus cibariis multiformiq; alimonia: Nam ut inquit decenter & frugaliter Oratius. Simul assis

Simplex cibꝰ saluberrimus

Hippocrates.

Versus memoria digni.

Miscueris elixa: simul cõchilia turdis:
Dulcia se in bilem uertent: stomachoq; tumultum
Lenta feret pituita.

Bona fortunę.

Bona externa: quę uocãt: ut sunt diuitię/& honores: quę uitã beatissimã p̃ficere existimant: in manu sunt ac potestate fortunæ: hæc toto mundo: ut inquit elegãter Plinius & locis oĩbꝰ oĩbusq; horis omniũ uocibꝰ sola inuocat & una noĩat: una accusat: una agit rea: una cogitat: sola laudat: sola arguitur: & cũ cõuitiis colitur: uolubilisq; a plerisq; & caeca est

Scitu dignum de fortuna.

existimat: Vaga: icõstãs: incerta: uaria: ĩdignorũq; fautrix: huic oĩa expensa: huic oĩa ferunt accepta: & tota rõne mortaliũ sola utrãq; paginã facit. Hãc fortunã deã: q renuente nihil secundũ mortalibus cõtingere põt: Vario ritu multiiugis noĩbus totus ueneratur orbis: Alii Rhãnusiã/alii Nemesim: Nortiã alii: Sortẽ alii nuncupãt: Tychen omnis græcia appellat. Rhãnusia.

A fortuna fortunatos dicimus felices: quasi fortunæ alumnos aut filios: cui tantum tribuere ueteres Romani: ut sexcentis templis totidemq; cognomẽtis fortunã uenerarentur: Nãq; Romæ colebat fortuna cognomẽto primigenia. Viscata. Pusilla. Fortis Mascula. Conuertens. Bene sperãs. Virgo barbata: Sicuti Plutarchus docet in problematis & in libro. περι τυσ τυχησ των ρωμεων idest de fortuna Romanorum: Hinc Theophrastus scripsit in suo Calistene. Vitam regit fortuna non sapientia. Plautus quoque sic ait in Pseudolo: Centum doctorum hominum consilia hæc deuincit dea fortuna: atque hoc uerum est: perinde ut quisque fortuna utitur: ita præcellet atque exinde sapere eum omnes dicimus. Magnam inquit. M. Tullius esse fortunæ uim in utranque partem quis nesciat? Nam & cum prospero flatu eius utimur ad exitus perueniemus optatos: & cum reflauerit affligimur. Simulachrum fortunæ cum cum copia & gubernaculo deformant. Vt auctor est Lactantius

Nortia. Tyche. Nomina fortunæ cõpluria. Plutarchus de fortuna. Simulachrũ fortunæ. Lactãti9

libro tertio diuinaꝝ institutionum:tanq̃ & hæc opes tribuat:& humanaꝝ rerũ regimen obtineat:cui opinioni Virgilius quoq; subscribit:qui fortunã omnipotẽtẽ uocat:& Salustius Crispus cũ ait:pfecto fortuna in omni re dñat̃.hęc dea ut inqt Oratius pollẽs est:uel imo tollere de gradu mortale corpus:Vel superbos uertere funeribꝰ triũphos.& ut ait Ouidius.
Nempe dat & quodcũq; libet fortuna rapitq;.
Tãta deniq; est uis atq; potẽtia fortunæ:ut ei locũ in cælo quoq; fecerit:qntus.n.ab horoscopo locus appellat̃ bona fortuna:ut docet Iulius Firmicus ĩ secũdo matheseos græco uocabulo. Agathotychen nũcupãt:quę maxĩa societate cũ horoscopo ĩugit̃:qa de trigono ab horoscopo uĩ:sextꝰ uero locꝰ mala fortuna noĩat̃:qa nulla cũ horoscopo societate cõiungit̃.

Agathotyche. Mala fortuna.

Ergo igit̃ cũ sint tria genera bonoꝝ:Animi:corporis:atq; fortunę:Hæc ut ait Aristoteles in septimo politicoꝝ oportet adesse felici.Felicitas enim & uita beata cumulat̃ ex cumulo plenitudineq; istoꝝ bonorũ:q̃ q̃to fuerit cumulatiora:tãto fiet homo beatior:& ita erit uita beata beatior beatissima secũdũ academicos:Stoici uero hos gradus excludũt:apud quos nihil ẽ rectius recto nihil beatius beato.Bona autẽ animi haud dubie cẽsemus reliqs anteponẽda:pbamus librã illã Critolai:q cũ ĩ alterã lãcẽ aĩ bona ĩponat ĩ alterã corporis & externa:tãtũ ꝑpẽdere illã bonorũ animi lancẽ putat:ut terrã & maria deprimat.

Libra critolai.

Supest ut uestigemus exẽplis an ĩ ullo mortaliũ cumulata fuerint simul hęc oĩa bona: ut merito felix & eẽ & dici meruerit. Lucius Metellus Põtifex. Cõsul. dictator. magister equitũ: qui primus elephãtos primo bello punico duxit ĩ triũphũ: decẽ maxĩas res optimasq; cõsumasse fert̃. Fuit. n. primari9 bellator. optimus orator. fortissimus ĩpator: Auspicio suo maximas res geri uoluit/ maxĩo honore uti/ sũma sapiẽtia eẽ/ sũm9 senator haberi/ pecuniã magnã bono mõ inuenire/ multos liberos relĩquere/ & clarissimus in ciuitate esse. Sed q̃uis hęc oĩa illi uni cõtigerit nec ulli alii post urbẽ cõditã: felix tñ dici nõ debet: si qdem is Metellus orbã lumĩb; exegit senectã Amissis ĩcẽdio: cum Palladiũ raperet ex tẽplo deæ uestæ. Huius quoq; nepos ĩter rara felicitatis humanæ exẽpla numerat̃: Nã p̃ter honores ãplissimos cognomẽ quoq; macedonici a quattuor filiis illatus est rogo: uno p̃tore tribus cõsularibus: duobus triũphalib;: uno cẽsorio: quæ singula paucis cõtigere. Vnde a. M. Tullio dictũ ẽ ueluti puerbialiter: Metelli sperat sibi quisq; fortunã. Sed qs hunc iure felicẽ dixerit? cũ piclitatus sit ad libidinẽ inimici Catinii Labeonis tri. pl. a quo in ipso dignitatis suæ flore ad tarpeiũ saxũ raptus ẽ ut p̃cipitaret̃: faucibusq; ĩtortis & exp̃sso p os sanguine ęgre alteri9 tribuni intercessiõe a limine ipso mortis reuocatus: Alieno beneficio postea uixit.

Diuũ quoq; Augustũ uniuersa mortalitas ĩ hac fe

Exẽpla feliciũ ĩsignia.

Felicitas Metelli.

Infortuniũ metelli.

Alterius metelli p̃speritas.

Calamitas metelli.

An augustus felix

licitatis cẽsura nũcupat: q cũ Caiũ ex filia nepotẽ in armeniã mittteret: optabat a diis ĩmortalibus: ut illũ Põpeii beniuolẽtia: Alexãdri magni audacia: & sua ipsius fortuna subsequeret̃. Sed si diligẽter estimentur cũcta nõ pauciora infortunitatis: q̃ beatitatis documẽta ĩ eo reperient̃: Inter quę cũ primis numerari possunt hæc: Repulsa ĩ magisterio equitũ apud auũculũ Cæsarẽ. triduana ęgroti latebra ĩ palude philipẽsi ꝑlio. Et ut fatent̃ Agrippa & Mœcenas aq̃ subter cutẽ fusa turgida latera. Naufragia sicula: Ruinæ pontis. tot seditiones militũ. tot ancipites morbi corporis. Vulgatissima Iuliarum filię neptisq; adulteria aliaq; nõ pauca ĩfortunia: Ex quibꝫ fit ut infelix quidem dici non debeat/felix tamen esse non possit.

Exẽplũ Cresi & Solonis.

In hac felicitatis reputatõe subit ĩclytũ Cresi Lydorũ regis exẽplũ: q cũ thesauris opibusq; luculẽtissimus: & oĩbꝫ fortunę bõis exuberaret/se oĩum mortaliũ beatissimũ eẽ existimabat. ad quẽ cũ ꝑuenisset Solon atheniensis unus ex septẽ Græciæ sapientibꝫ: hospitaliterq; in regiã exceptus/iussu Cresi a ministris circũductus ẽ circa thesauros oĩaq;: quæ mortales perinde ac beatissima admirant̃: Post hæc Cresus Solonẽ sciscitat̃ ecquẽ uiderit iã oĩum beatissimũ/sperãs uidelicet se ĩter hoĩes beatissimũ esse ista percõtabat̃. tũc Solon utpote ꝓbus ab oĩ assentatione sequestratus respõdit se uidisse beatissimũ Tellũ atheniẽsem: qd̃ illi ĩ patria bene ĩstituta filii erãt ho-

Tellus beatissimus

nesti & boni: eorũq; singulis liberi: hiq; oẽs supsti-
tes: Et cũ hoc uitæ: quãtũ in nobis situ ẽ: bene tradu-
xisset: obitus splẽdidissimus cõtigerat: siqdẽ ꝑlio ui-
riliter dimicãs hoste ĩ fugã uerso pulcherrimã oppe-
tierat mortẽ: quẽ athenieẽses in eo quo occubuerat lo
co publice humauerunt magnificeq; honorauerunt.
Iterꝝ Cresus iterrogat quẽnã secũdũ a Tello uidisset
putãs haud dubie secũdas se beatitatis ꝑtes eẽ laturꝝ.
tunc Solon Cleobẽ iqt & Bithonẽ beatissimos uidi: Cleobis
qbꝰ genus argiuũ erat & uict⁹ suppeditabat. ad hæc Bithon ĩ
corporis robur excellẽs: ut ĩ certamĩbꝰ pariter ambo numero
uictores extiterĩt: pietate quoq; ĩ matrẽ memorabi- beatorũ.
les: Nã cũ dies festus Iunonis apd argiuos eẽt: opor-
teretq; oĩno matrẽ eoꝝ utpote sacerdotẽ ad solẽne &
statutũ sacrificiũ curru uehi ab oppido ad fanum sta
dia circiter quinq; ac quadraginta: morarenturq; iu-
menta: tũc iuuenes hi iugũ subeũtes boum uice plau
strũ pertraxerũt: & ita mater sacerdos aduecta ad de
lubrũ Iunonis ẽ curru a filiis ducto: quæ ꝑcata deam Iumento
dicitur: ut Clobi & Bithoni filiis suis daret id quod rũ uicarii
optimum homini dari posset a deo: post hanc preca-
tionem ubi sacrificarunt epulati cum matre som- Mors cle
no se dederunt: nec amplius sunt excitati: sed ĩ ipso obis & bi
delubro quiescentes mane inuenti sunt mortui: thonis.
quorum statuas tanquam uirorum: qui optimi exti-
tissent: Argiui apud Delphos collocarũt. & his qui-
dem Solon secundas beatitudinis partes tribuebat:

ex quo Cresus cõturbatus ĩquit o hospes atheniẽsis adeo ne tibi ꝓ nihilo cõtẽnit᷑ nr̃a felicitas: ut ne priuatis qdẽ uiris nos ęquipandos ducas? tũc Solon neminẽ añ obitũ appellãdũ eẽ beatũ grauiter ac copiose disseruit. asseruitq; hoĩem esse calamitosum: Cum nullus humanæ uitæ dies rẽ ꝓrsus talẽ q̃lẽ alius afferat: & in diurno tpe multa uideant᷑: quę nemo uellet uidere: & multa tollerent᷑: quæ nolit q̃spiã tollerare. Sẽtẽtiã Solonis fuisse uerissimã ipsius Cresi exitus cõprobauit: q haud ita multo post magno impio spoliatus & a Cyro captus/ sup ĩgẽtẽ pyrã ĩpositus/ uinctus cõpedibꝫ ẽ: ut uiuus cõcremaret᷑: Cui ĩ tãta calamitate posito uenisse ĩ mẽtẽ Solonis ferũt: qđ sibi ab eo olim dictũ foret/ ex uiuentibus beatũ eẽ neminẽ: tũc Cresus ĩgemiscẽs ter solonẽ noĩasse sublatissima uoce proditur. Admiratus ob hoc Cyrus iussit interpretes ꝑcunctari: quisnã hominũ aut deorũ is esset Solon: quẽ ĩ dubiis casibus solũ ĩploraret: At cresus nihil dissimulãs cũcta: quę a Solone audiuerat renarrauit: quę ubi ad Cyrũ plata sunt: tũc rex ille utpote qui sapiẽtior eẽt q̃ Cresus: & Solonis oraculũ ex pręsentibus exẽplis cõprobatũ eẽ cõspiceret: nõ solũ cresum missũ fecit: sed sũmo ẽt honore quoad uixit apđ se habuit: ex quo uisus ẽ Solon eadẽ or̃one alterum seruasse ex regibꝫ/ Alterũ cautiorẽ prudẽtiorẽq; reddidisse. Auctores Herodotus/ Plutarchus. M. Cicero. & cæteri. ob hoc dixit Poeta Satyricus.

Marginal notes: nemo beatus ante obitum. — Cresus exutus regno & captus.

Et Cresum: quem uox iusti facunda Solonis Iuuenalis
Respicere extremæ iussit spacia ultima uitæ.
Hinc exiit illud Nasonis: Ouidius.
Sed scilicet ultima semper
Expectanda dies homini est: diciq; beatus
Ante obitum nemo supremaq; funera debet.

Aristoteles tamen huic Solonis sentẽtiæ alacriter reclamat ac refragatur: qui ait in primo ethicorum. beatos dici uiuentes: cum felicitas operatio sit.

Cæteræ si uerũ facere iudiciũ uolumus ac repudiata oĩ fortunæ ãbitiõe decernere: mortaliũ nemo ẽ felix: Abũde igit᷑ atq; indulgẽter fortuna decidit᷑ cum eo: q iure dici nõ ĩfelix põt. qppe ut oĩa bona affatim suggerant᷑ certe ne lassescat fortuna metus ẽ: quo semel recepto solida felicitas eẽ nõ põt: meritoq; Chrysippus laudare solebat Euripideum carmen illud. Nemo mortalis ẽ: quẽ nõ attĩgat dolor morbusq;. Et ut inqt uerissime Plini9: q̃ multos accepta afflixere ĩpia: q̃ multos bõa pdidere & ultimis mersere suppliciis: Ita ẽ ꝑfecto. aliud de alio iudicat dies: & tñ supremus de oĩbus: ideoq; nulli credẽdũ est. qd qd incertũ ac fragile ẽ hoc munus naturæ: qcqd datur nobis. qd ꝑ extimatione nocturnæ qetis dimidio qsq; spacio uitæ suæ uiuit: pars æqua morti similis exigit᷑ Nec reputant᷑ infantiæ anni: qui sensu carẽt: nec senectæ ĩ pœnã uiuacis. Adde tot piculorũ genera. tot morbos. tot metus. tot curas. totiens inuocatã mortẽ:

Nemo felix.

Carmen euripidis

Suprem9 dies iudicat d oĩb9

Hebetãt senio sen/sus.

Xenophilus sanissimus.

ut nullum frequentius sit uotum. Natura uero nihil hominibus breuitate uitæ prestitit melius: hebescunt senio sensus: membra torquentur: præmoritur uisus/auditus/incessus/dentes etiam/ac ciborum instrumẽta labascunt. Et tamen uitæ hoc tempus annumeratur. ergo pro miraculo & id solitarium reperitur exẽplum: Xenophilum musicum centum quinq; annis uixisse sine ullo corporis incommodo: Itaq; censeo optandum esse orandumq; ab ultramundano deo: ut quoniam nemo mortalium felix ẽ: ita nos foueat ne infelices dici iure possimus.

Sed iam complicãda sunt uela: ac inhibẽdi remi: & receptui canendum est. Audistis pauca quædam Viri splendidissimi opinor non ingrata super felicitate. plura scio dici potuisse & copiosius & elegãtius: sed parcẽdũ fuit auriũ fastidio: In hac enarratiõe mõstrauimus inter cætera quosdã sensisse illos esse felices: q ocio rusticano fruerẽt. quo circa: ut ex aliq̃ parte ꝑticipes huiusce felicitatis efficiamur: Enarrabimꝰ publico gymnasio Virgiliũ & Columellã duos agricolationis cõditores luculẽtissimos: Alterꝝ uersu. Alterũ pedestri oratione rẽ rusticã elegãter & graphice explicantes: Nos uero pro uirili ꝑte dabimus opã ut lectiones nostræ dapibꝫ rusticanis/& urbanis iuxta cõditę sint: hoc ẽ utilitate & uoluptate saturos reddãt auditores. Videor meo iure institutoq; ꝓpe solemni facturus: si orationem uersiculis clusero.

Distichon ad auditores extemporaliter effusum.

Felix cui constant bona corporis & bona mentis
Nec non fortunæ munera parca deæ.

Endecasyllabon ad Illustrissimū Ioānē Bentiuolū.

Felix o nimis & beate princeps.
Cuius præsidio est beata/felix/
Pollens Felsina:nos sumus quieti.
Hoc pro te superos libens precabor:
Vt donent tibi Nestoris senectam:
Augusti decus:& uicem Metelli.
Sit natis quoq; faustitas parentis:
Pro me hoc debeo te rogare princeps
Vt molli foues pium clientem
Afflatu niueæ beatitatis.

Eiusdem endecasyllabon ad Germaniam

O Germinia muneris repertix:
Quo nil utilius dedit uetustas:
Libros scribere quæ doces premendo.
Felix frugibus:inclyta & metallis.
Et diues pecoris:feraxq; gemmæ.
Quod glessum uocitant tui parentes:
Electrum attica:Succinum latini:
Pollens principibus:potens uirorum:
Qui glaucis oculis Comaq; flaua:

Grandes corpore:ſpritu feroces:
Septi robore:prodigiq; uitæ
Hostes aggrediuntur & laceſſunt.
O germania glorioſa ſalue:
Tu uaſa ex oricalcho:& apparatum
Menſarum nitidum ære:machinaſq;
Ad nos belligeras ſubinde mittis.
Abs te turba uenit ſcholaſticorum:
Hoc qui gymnaſium excolunt opimant:
Iam doctum & latialiter ſonantes.
Tris nuper quoq; regulos Badenſes
Lautos/magnificos/probos dediſti.
Inter quos Iacobus eniteſcit:
Lingua/dexteritate/comitate/
Cultu:mundiciis:nitore uictu.
Clarus.munificus.potens.diſertus.
Splendorq; & columen ſcholaſticorum
At Germania præpotens alumnos
Ad nos conſimiles ſubinde mitte.

F I N I S

Impreſſum Bononiæ a Benedicto Hectoris dili
genter & emēdate Anno Salutis Milleſimo unde-
quingēteſimo.Idibus Aprilis. Illuſ.Io. Bentiuo.ii.
Reip.Bononienſis habenas feliciter moderante.

Regeſtum huius operis.A.iiii. B .iiii. C .iiii. D .ii.